



**Tabulae Navfragii, Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvae
Blattarvm Inclementiam euasêre, de Festis ac Dominicis**

Tertia Navfragii Tabvla: Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvae Blattarvm
inclementiam euasere, de Festis

Bosquier, Philippe

Coloniae, 1615

In dedicatione Templi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56152)

IN DEDICATIONE TEMPLI,
Auesnis, in Conuentu FF. Minorum

1614. 13. Iulij, hora 7.

*Thema. Scriptum est: Domus mea, domus
Orationis vocabitur: vos autem fecistis de-
lam speluncam latronum. Matth. 21. &
partim Isaia 56. & est Antiphona per-
petua Officij Dedicationis, vsu Roma.*

*S*criptum est Luc. 5. (Auditores &c.) cum ali-
quādo Dominus Iesus ingressus nauē Simonis
Petri piscantis in stagno Genesareth, dixisset ei,
Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam; Pe-
trū respondisse; *Præceptor, per totā noctē laborantes,
nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum
hoc fecissent cōclusisse piscium multitudinem copiosam,
adeò ut ruperetur rete eorum. Annuisse autē tū quoq;
socijs, qui erant in alia naui, ut veniret, & adiuuarent
eos, venientesque implese ambas nauiculas, ita vt
penè mergerentur.*

Res sanè plena miraculi, & grauida documentis;
Primò, irritorum, sine Dei præsidio, humanorum
pronatum; *Secundò, Fructus vberissimi obedientiæ
implicis, minimeq; repugnacis; Tertio; Mutui au-
tilij, & concursus necessarij inter homines eiusdē
professionis, ad funem eundem trahendum.*

Mihi certè ferè liceat hodiè eadem vsurpare, &
dicere: *Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil
cepimus.*

Iam enim biduum ferè totum in hodiernam
 Concionem impenderam, insuper & totam
 hodiernam noctem: (nam profectò ità est, in
 iniurato credite, lucebat, iam & quarta
 hora instabat, cum nondum in dulcem somnum
 lumina declinàram, ut vix meminerim, vniquam
 mihi tanti concionem vllam constituisse, quàm
 istam, qualis qualis ea demum futura sit) nec
 tamen quidquam adhuc ceperam.

Stagnum, & mare totum Genesareth, id est
 totam iam Musæoli mei Bibliothecam, sanè
 illo cupletem, propè perlustràram, & nunc
 nunc illuc rete meum laxaueram, nec adhuc
 ciculum, aut gobiunculum vllum ceperam, sed
 nihil dignum vobis, dignum hac solennitate
 ceperam. Inuita (quod aiunt) Minerua studium
 & venabar aduersa Delia.

Alga quavis, vilis mihi videbatur, quam
 collegeram.

Parùm mihi ipse satisfaciebam; adeò, ut
 hi liberum fuisset non concionari, forsitan
 hodiè impastos verbo Dei dimissem; ità desinere
 debam animo, quod sanè miror in homine,
 iam ætatis, tantæ iam exercitationis in dicendo
 sæpè, & scribendo indefesse; accidere autem
 credo, ut semper meminerim, non tam necesse
 esse studij, quæ dicimus, quæque scribimus, quam
 diuini beneficij, & afflatus.

*Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus
 vestri, qui loquitur in vobis.*

D. Franciscus noster expertus, qui concionari
 habens coram Cardinalibus post studium ceperat

solito maius obmutuit, sed ope diuinâ repētè implorata eloquenter dixit, & feliciter emerfit.

Desperabam certè, & penè iàm retia compli-
cabam.

Tamen cogitanti mihi, Deum ore Prælati mei iussisse, vt vel iterum cum Petro hodiè *rete laxarem in capturam*; redijt animus, cæpiq̄ue corde magno & fide *laxare rete in verbo Domini*, & ecce mōx *conclufi tantam piscium multitudinem*, id est, tam multa tum cōcepi, vt pene *rete rumpatur*, sint-
q̄ue inclamandi socij & fratres mei, vti inclamo, & quæso, vt me iuuent vel hac parte, videlicet vt me sinant lentè rete iam plenum effundere, & patiantur dicere, nec pulsu campanæ importuno interrumpant filum orationis meæ, idq̄ue tantò libentius dent, quò iàm pænè defuetudine isthic, & hoc modo concionandi, sentio linguam mihi iàm factam esse tardiozem, & pænè timeo ad singula verba hæturam.

Iàm enim circiter annus abiit, ex quo, partim morbo, partim nouorum Concionatorum adfluxu, & nescio quibus alijs de causis, non semel, neque hic, neque alio in templo vestro concionē habui.

Dedidici iàm pænè & suggestum hunc conscendere, & loqui, sic vt mihi non facile futurum fit, hoc vnus horulæ spatiolo, capturum meam tam vberem, id est, tot conceptus meos effundere, ac eloqui, linguæ iam tanta quasi rubigine, & tarditate.

Sed & pænè dedidici ita argumento modū ponere, & sic ad clepsydræ verba metiri, vt neque

ante effluxum clepsydre absoluendo, acco-
curta supellectilis; aut post effluxum diutiuse
perorando, displiceam nimia prolixitate; que
tamen, vt scopulum, Deo dante euitabo.

Expectabitis ergo (spero) Patres, ac fratres
patienter, dum orationem hanc finiam Orator
more, per verbum Dixi, aut more maiorum Chri-
stiana benedictione.

Vos vero, Auditores, oro, si incultius sol-
dicere vobis hodie videbor, tantisper mecum
simuletis, dum sensim redeat dicendo usus ex-
peditè loquendi.

Sum enim (fateor) nunc citharæ viæ in-
quæ iamdiu chordis ac fidibus suis laxatis, ac
diruptis, è funibulo neglecta pepedit, quam
facile aptes ad reddendos sonos quos optes, sit-
los impediante.

Aut vt organum non malum quidem ipse
sed iamdiu intactum, multò puluere contra
raucum, cuius saltatorij illi & mobiles histri-
agre, ad Organistæ metem & tactum, mouent
Tempore qui longo steterit, malè curret; & inter

*Carceribus missos vltimus ibit equus. Ouid. lib
Trist. eleg. 13.*

Alioqui, iam pridem scitis quid possim, ac-
cidente exercitatione.

Non sum aded informis, nuper me in littore vidi.
Virgil. bucol.

Dicendum | 1. Quorsum instituta Tempia, & que
ergo hodie & variè & enormiter iudæi à pri-
mihî | institutione discesserint;
| 2. Quam graue peccatum templis ab-

aut profanè illic se habere; & an mercatura omnis sit latrocinium.

3. Qui homines etiàm nunc faciant domum Orationis speluncam latronum.

AVE.

I.

Quorsùm instituta Tempia; & quàm variè & enormiter Iudæi à primâ institutione discesserint.

Sublunarium Omnium rerum vicissitudo est; & post generationem, corruptio.

Rom. 8. Vanitati creatura subiecta est.

Degenerant sensim omnia, Naturalia, Artificialia, Moralia, quin etiàm & ipsa ridentis Fortunæ ludibria.

Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa Vetustas,

Omnia destruitis. Ouid. 15. Metamorph.

Quanto è creato vince & cangia' l tempo, aiunt Itali, id est, omnia creata superans immutat dies.

Poetæ Pictoresq; prisca egregio commento id ostendère, qui Saturnũ (quem eum Deum esse voluerunt, qui cursum & conuersionem spatorum ac temporum contineret, qui & Græcè id ipsum nomen habet. Κρόνος enim dicitur, qui est idem Χρόνος, id est spatium temporis, Saturnus autem est appellatus, quasi qui saturetur annis) ita pinxerunt, vt falcem manu teneret, altera infans iam iam deuorandum ori admoueret, & finxerunt, eum omnes ex se natos solitum deuorare, idcirco scilicet, quòd diuturnitate temporis, quæ cum tempore nata sunt, orta, & inuenta, consumantur, varièque demutentur.

Vide Cic. lib. 2. de Nat. Deorum.

Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 40. 41. 42.

An non videtis, vel hanc mundi machinam
quotidiè sensim dissolui, seque quotidiè fieri de-
teriores?

Non est iam terra, non est, vt olim æquè fer-
cunda.

Non frumenta, non vina æquè generosa.

Non sunt homines nunc, vt olim, proceri,
neque Gigantes, & velut ferrei, ac valdè vir-
ces.

Pigmæi iam nascimur, & pænè cubitales: loc-
stæ videmur, auis comparati; ephemeri ferè
nius diei sumus, cum olim alijs sexcentis, alio-
stingentis alijs propemodum mille annis vita
duceretur.

Et Ferreus assiduo consumitur annulus vsu.

Ouid.

Vina mihi videas Gazetica, Chia, Falerna,

Quæq; Sareptanopalmite missa bibas;

*Adde Hispanica, Canarica, & si qua sunt gen-
rosiora, an non lapsu temporis acescunt etiam ve-
aquescunt?*

Moles ædificiorum quamlibet ingentes, & ve-
ex ære aut solido adamante constructæ, tandem
vel pondere ruunt suo.

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis,

Assiduus iactet nec Babylona labor.

Aere nec vacuo pendentia Mausolea

Laudibus immodicis Cares in astra ferant:

Martial. lib. 1. epigram. 1.

Sileat Hannonia nostra nobilissimam illam
Bos

Bossutanam arcem, dignam licet septem orbis miraculis accenseri, & octauum nominari &c.

Vt enim vetera illa omnia, quãuis solidè structa, facta, resecta, sarta, tecta, resecta, reparata, collapsa sunt; sic & Bossutana illa sensim collabascit, adeò nihil est, de quo liceat dicere,

Iamq; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,

Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Quid. in fine Metam.

Moralium eadem est ratio. Quamlibet enim sanctè instituti sint Populi, Respublicæ, Ordines, tamen sensim degenerant, egêtque aliqua semper instauratione & Reformatione, quam vocant.

Hoc est, quod prouerbio nostrate indocti doctique æque responsant iactantibus præsentem florem ac splendorem suum: *Quum vester cacabus aut lebes tamdiu è climactere aut fibula ferrea pependerit, ignes omnes fumosq; tolerans, quamdiu noster, æque nigrescet ac fortassis etiã paulò amplius.*

Insinuarunt id iam olim veteres Poetæ, cùm prima secula aurea finxerunt; deinde argentea, paulò post ærea, tandem ferrea, in quæ miseri incidimus.

Quatuor illorum descriptionem sane pulcherrimam vide apud Ouid. lib. i. Metam.

Quid Lacedæmonum Republica olim sanctius, vt illis temporibus, & incognito vero Deo, & adhuc Euangelio Christi inaudito?

Lycurgus Legislator scilicet tam sanctis eam legibus imbuerat, vt ciues eius quadringētis propè annis, legibus illis parèdo, Sanctuli haberi poterint, auri contèptores fere Fráncisco nostro pares,

res, luxûs vestiû summi oſores, &c. aded, vt qu
viris occurrisses, tot nostri æui Capucinos ter
dere credidisses, & quot Lacænas ac Spartanas, se
adhuc nubiles, seu iam nuptas vidisses, tot Clarif
ſas dixisses, veraque totius modestiæ simulacra.

Lacedæmone, dici non potest, quantus Sen
ctuti honos olim habebatur.

*Lysandrum Lacedæmonium dicere aiunt solitum
Lacedæmone esse honestissimum domicilium Senectutis: nusquam enim tantum tribuitur ætati, nusquam
Senectus honoratior, quin etiam memoriæ proditum
quum Athenis ludis, quidam in theatrum grandis nat
venisset, magno confessu, locum ei nusquam datum
suis civibus: quum autem ad Lacedæmonios accessisset,
qui, Legati quum essent, certo in loco conſederant, eos
surrexissent omnes, & senum sessum recepisse: quum
quum à cuncto confessu plausus esset multiplex datum
dixisse ex ijs quendam: Athenienses scire quæ res
essent, sed facere nolle. Cicero in Catone Maiore, de Senect.*

Lapsu tamen temporis, malum! & negligent
Legum Lycurgicarum, & nunc tantilla, nunc digi
gitali, hodie manuali, cras cubitali relaxatione
sensim ita degeneravit Sparta illa sancta, vt tanta
inuenta sit etiam Spartæ Helena; Helena inquam
illa, quæ à Paride, hospitij specie, rapta; Græciam
totam Asiamq; bello decennali turbavit, mulier
duodecim artium, & cum viris Græcè dormire
doctissima, verè in ciuitate, imò toto orbe, peccat
rix. Ad nostra veniamus.

Quid Templarijs olim anno 1128. militibus illi
lis armatis sanctius?

Incredibile est, quanti eos D. Bernardus æuo suo fecerit.

Circa Christi sepulcrum Ierosolymis agitantēs Christianos viros illuc profectos hospitio accipiebant, acceptos armis accincti per templa & sacra loca comitabantur, vt omnem Terram Sanctam tutò viderent... qui quia in parte aduim templi habitabant, Templariorum nomen inde tulere: vtebantur candido pallio cum rubenti cruce... Certam ijs formam obseruationis Bernardus Abbas constituit. Polyd. Virg. li. 7. de Inuēt. c. 5.

Regulis diu vsus est Ordo ille certè sanctissimis, quas primus (opinor) in lucē edidit Francisc. Mēnēnius Antuer. lib. deliciarū Equestriū à pag. 226. ad finem vsque libri: cōscriptas à S. Bernardo, vt ex stilo alijsque argumentis eruditiores contendunt.

Sed tandem Conuersi sunt (vti inquit Tyrius) in arcum prauum, & neglecta humilitate, Patriarchæ Ierosolymitano se subtraxerāt, obedientiā ei, quā eorum predecessores eidē exhibuerāt, denegātes: sed & Ecclesijs Dei decimas, & primitias eis subtrahentes, vt eorū indebitè turbādo possessiones, facti sunt valdè molesti.

Brocardus Monach. in descriptione Terræ Sanctæ c. 12. mibi p. 12. ait per Tēplarios factum, vt à proposito se subijciendi Romanæ Ecclesiæ resilierint Saraceni quidam cognomento Asinini.

Polyd. Verg. vbi sup. Conuicti demum impietatis, & qui Ierosolymis agebant ad Saracenos defecissent, essentque in foeda vitia prolapsi, omnes ad vnum, Clementis V. pontificatu, delati sunt, eorumque bona partim Rhodijs militibus, partim nouis familijs adtributa sunt.

Quid

Quid etiã olim sanctiùs Iudæorum Synagoga, legibus digito Dei, ac diuinã M. SS. Moyse mediator acceptis!

Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Psal.

Nihil Iudæis quondã religiosiùs. Orationes illis in templo statæ: Sacrificia & oblationes religiosissimæ, &c. Templum à Salomone conditum, Ephesino illo Dianæ, imò quouis alio, augustiùs.

Domus me a domus orationis. Isai, 56.

Sed tandem & apud ipsos omnia quoque persum iere.

Hinc istæ lachrymæ, & tot querimonie Dei & Prophetarum.

Isai. 1. Quomodo facta est meretrix, ciuitas fidelis. Iustitia habitauit in ea: nunc autem homicida.

Ierem. 2. Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum, quomodo ergo conuersa es mihi in prauum, vitis aliena?

Expectaui vt faceret vvas fecit autem labruscas.

Obscuratum est aurum: Mutatus color optimus.

Templum religiosissimum, & Orationi dicatum, mirè cœpit profanari, vt impropertatio ista Christi testatur; *Scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Matth. 21.* Quibus paucis n. hil non maiorum inclusit, vt nuce Iliadem.

Bone Deus! quanta est mutatio, quàm sceda domus Orat onis, in domum negotiationis!

Domus Orationis, in publicum forum, & quasi Emporium Francofurtense, aut in S. Ioannis Aream, Montibus Hannoniæ; aut in Bursam Antuer-

uerpiensem, imò verò *in speluncam latronum!*

De hâc tanta Iudæorum degeneratione, tam-
que horrenda Templi tam religiosi profanatio-
ne, nunc dicendum.

Sed disquiramus primum, quid hic Orationis
nomine intelligi oporteat, ac tùm videbimus,
vt *domus Orationis in speluncam latronum* conuerfa
fit.

Orationis ergò nomi- ne, signifi- catur ali- quandò	}	1. Loquutio,	} Sæcularibus li- teris æquè & Theologicis
		2. Eloquutio,	
		3. Precatio, aut Sup- plicatio vocalis,	
		4. Precatio mentalis,	
		5. Omnis actio moraliter bona, & rela- ta ad Deum, sed apud Theologos dumtaxat,	

* 1. *Loquutio*, id est sermo humanus, vt dicatur
quasi oris ratio, seu ratiocinatio ore facta, qua vna
re putant nos à bestijs differre, quarum nullæ, ne
Psittaci quidem, propriè loquuntur, id est, cum
ratione non sonant, quod sonant, sed dat sine mē-
te sonos,

Cic. in Bruto. *Omnis loquutio, oratio est,*

* 2. *Eloquutio*, id est sermo artificiosior, tractatus,
vel actio cuiuscunque causæ seu publicæ seu pri-
uatæ à quocumque, sed docta, facunda, & multæ
artis, aut magnæ felicitatis naturæ, optimis sen-
tentijs, verbisque lectissimis locupletata, & quasi
floribus conspersa: agens de horridis rebus,
nitidè; de ieiunis, plenè; de peruulgatis, no-
uè: antiquitates illustrans nouitatibus, nouita-
tes

tes picturans antiquitatibus ; vndè & Oratores passim in scholis dicti.

Eloquentia ipsa est, qua vna re Oratores à reliquis hominibus tam differunt, quam reliquum vulgus hominum, à bestiis loquutione.

Cic. in Bruto. *Quamquam omnis locutio oratio est, tamen vnius Oratoris loquutio hoc proprio signata est nomine.*

Idem in Oratore. *Oratorem hoc vno excellere, id est, oratione; cetera in eo latere indicat nomen ipsum.*

Galli vocant opus ipsum *harangues*, ipsos vero artifices *harangueur*: cuiusmodi forsitan tunc fui, cum (iam biennium est) in hac vobe vestra, de Duce Arschotano & Croiano piæ memoriæ defuncto dixi, scripsi, edidi. *Edidit Duaci Petrus Auroy.*

* 3. *Precatio*, aut supplicatio vocalis, id est rogatio seu Deo, seu homini facta, seu sit *Obsecratio*, seu *Postulatio*, seu *Gratiarum actio*, &c.

* 4. *Precatio* mentalis, quam possit etiã mutus facere; sed largiùs paulò accipiendo, cum oratio propriè sit oris opus.

D. August. lib. de spiritu & anima. *Oratio nihil aliud, quàm quadam conuersio mentis in Deum per piã & humilem affectum.*

Vulgus Theologorum definit *piã eleuationem mentis in Deum.*

Sic Moysen aliquandò dixit Deus clamare, cum tamè ne hisceret quidem, quòd scilicet magna animi deuotione in Deũ ferretur. *Quid clamas?*

Non clamor, sed amor, clamat in aure Dei. Incert. Au. h.

*Corda Deum non chorda, iuuant: si consona chordis
Corda, decens faciunt organa tacta melos: iube-*
bam olim appingi nouis organis, quæ Luxembur-
gi in nostro Franciscanorum Obl. templo Fideli-
um liberalitas, me Guardiano indigno, erexit, o-
ptimis artificibus fratribus duobus conditoribus,
& insuper illustri aliquo Musico & ipso opt. Or-
ganista, dictatore.

Oratio, inquam, est etiã, precatio mentalis; i-
tà, sed apud Deum, & Diuos, apud mortales non
item, vt quibus corda non patent.

*5. *Omnis actio* moraliter bona & relata ad De-
um, largissimè apud Theologos.

Sic ieiunans, peregrinans religionis ergò elee-
mosynam largiens, stans in templo, Concionem
audiens (etsi dormire grauedine nimia contingat)
orare dicitur &c.

Hinc dicimus nostrate prouerbio, *Indulgentias
consequi vel in concione dormientem*, quàm verè, &
quã bullâ, iam non disputo.

Alioqui quo modo stare possint ista; *Sine inter-*
mmissione orate. 2. *Theff. 5. & Oportet semper orare, &*
nunquam deficere? Nam non potest infirmitas hu-
mana tantam ferre contentionem orationis pro-
priè sumptæ, perpetuoque Deum alloqui neque
ore, neque mente. *Neque semper arcum*

Tendit Apollo. Horat.

Arcus, si nunquam cesses tendere, mollis erit. Oui.
ep. Heroid.

Ergò, cùm dicitur templū *domus orationis*, non
non capitur oratio pro Loquutione & confabu-
lationibus, quarū locus est, vel sua cuique domus,
vel

vel plateæ, vel agri & rura. Sed & scholæ Grammaticorum, quarum quælibet possit hoc se frontispicio suo inscribere, *domus orationis*, id est, loquutionis congruæ, hominum cum hominibus,

Neque pro Eloquutione, aut Actione fore hominum disertorum cum hominibus, cuius locus Forum, Curia, Rostra, Campus Martius, Theatre, & scholæ quoque Rhetorum Philosophorumque, quæ inscribi quoque possint *Domus Orationis*, id est, loquutionis eruditæ, phaleratæ, & quæ cataphractæ.

Capitur verò hîc pro Precatione ad Deum Vocali ac Mentali propriissimè, magis improprie pro quouis bono opere,

Dici tamen quoque possit *Templum, domus orationis*, secundo modo, id est, Eloquutionis locus, sed cum adiuncto aliquo, vt si dicas; est *Templum Orationis & Eloquutionis Dei* ad hominibus, quæ scilicet in Templis, in suggestu isto, & quo alio, ore hominum disertorum, & Concionarum, homines alloquitur Deus, & certiores facit suæ voluntatis, legum & edictorum suorum.

Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.

Dominus dabit verbum euangelizantibus virtus multa. psal.

Ecce debi verba mea in ore.

Psal. 44. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.*

Nam quæ fieri aliter possit, vt toties, & tam multa, de tam varijs, & tanta libertate & constanti

tantâ felicitate, etiâ perturbata sæpè memoria,
& alia pro alijs repræsentante, dicamus nos ho-
munciones, nisi adflaret Deus?

Templa igitur, sunt *Domus orationis* hominû,
ad Deum: & *domus orationis* Dei, ad homines. Ho-
minum ad Deum, quâ scilicet homines ibi pre-
cantur Deum, illum obsecrant, illi supplicant, illi
sacrificant, illi gratias agunt &c. Dei verò ad ho-
mines, quâ ibi quoque sæpè leguntur Scripturæ
sanctæ, disputatur, habentur sacræ Conciones ex
quibus intelligunt homines edicta & voluntatem
Dei.

An non Christus duodennis, in templo audit,
docet, disputat de diuinis, in medio Doctorem?

Hoc sensu meritò dixeris Templum Dei, *Ora-
torium, seu Oratorum domum*, domum Congre-
gationis Oratorij, qualem S. Philippus Nerijs e-
rexit, Baronius Magnus, Scriptorum æui nostri
Cæsar semper Augustus incoluit &c.

Etiâ rectè Oraculum vocaueris, si *Oracula
ex eo ipso appellata sunt, quòd inest in his Deorum ora-
tio*, vt docet Cic. in Oratore,

Dist. 42, c. in Oratorio, *In Oratorio, præter o-
randi & psallendi cultum, penitus nihil agatur, vt no-
mini huc & opera iugiter impensa concordent.*

Huc igitur sunt Templa diuinitus instituta,
huc humanitus erecta.

Et multum diuque Iudæi in suo illo Salomo-
nis religiosissimè versati sunt; sed, proh dolor!
temporis lapsu, illud quasi speluncam latronum
habuerunt, indigna omnia illic, quasi in Caci ali-
cuius archilatronis cauerna gesserunt.

H

Quæ-

Quæritis quæ? & quo modo? Accipite, fal-
vt potero, & quæ potero.

Non dicam, vt illic quoq; primos accubitus
cerdotes &c. appetierint, vti & in Synagogis,
tamen Ordinū, & magnificentiarum seculi ne-
ctus multū deceat; ordinatè aut orandi, colen-
Dei studium esse plurimum oporteat.

Non dicam, vt summum Sacerdotium alte-
emerint, gesserint, ab aliquot iam tūm seculi
non modò à Pompēij Ierosolymarij temporib;
sed ab æuo quoque Antiochi, illius qui Sacer-
tium Iasoni nescio cui, quodam modo subhalla-
& vendidit (2. Machab. 4.) vndè D. Augustin.
tat tūc extinctum sacrum illū ignē, qui ab-
ditus, per 70. annos captiuitatis Babylonice per-
durarat.

Non dicam, vt fuerit tū *sicut populus, sic Sacer-*
multis modis. Longior essem singula cōgerere.

Satis iā fit, euulgare recondita folius, aut
ipforum mysteria, ob quæ, verbis themate no-
recitatis, arguit eos Christus.

Ergò vno verbo: Ad quæstum omnia reuol-
bant.

	1. Templum,
Quæstui ha-	2. Merces ipsas,
bebant om-	3. Mercatores ipsos,
nia	4. Pecuniam.

* 1. *Templum*, quod verifimiliter Mercatoribus,
aut Collegis suis, pretio locabant, vt in ipso
quasi in foro boario, & quodam quasi Augi-
bulo, boues vaccæque prostant venales, vt
quasi in ouili aut campo libero palarent acbe-
rent; columbæ turturesq; pauperiorum dona-

caueis mercatores expectarent.

Cum enim tota Iudæa unicum esset aliquamdiu tabernaculum, & tandem unicum Salomonis templum sacrificijs & oblationibus dicatum, in quod confluere statis temporibus, & offerre, Iudæorum populus lege Dei cogebatur; accidebat non raro, ut qui ex terra vltima, aut paulò loginquiore venerant, victimas non haberent, vel sumptuum in itinere nimiorum metu, vel bestijs tanti itineris laborem non sustinentibus. Ne igitur indè quidquam Sacerdotibus decederet, & hanc offerendi exultationem nemo prætexeret, mangones quidam certi à Sacerdotibus erant constituti, qui omne genus animalium, quæ offerri possent, venientibus præsto haberent ac venderent.

Boues mares, aut scæminas volebant aduenæ aut ciues? Hoc latere templi, stabant ad præsepia venales. *Pascitur in vestrum reditum votiva iuuenca.* Horat. lib. 1. ep.

Oues? columbas? Turtures? qualia obtulit virgo Maria ipso Purificationis suæ die? Alio templi latere, quasi in foro oues deerrabant, in angulo nescio quo erant caueæ, Aviaria, & Viuaria Turturum, columbarum &c. *omnia Roma*

stant pretio, ait Ethnicus Poeta.

* 2. *Merces ipsas.* Quis scit, an non etiàm decreto cauerant, ne aliundè immolatitia emerentur, ut tanto pluris venderentur? quo ferè modo Domini plerique, in salis diuenditione agitant, quos à monopolio & rapina non excusat Caietanus in *Summula tit. Venditio, nu 5.*

Quæstus multus indè ac varius. *Primum, quæ
necessitas ibi & tunc emendi, venditores
quiiores faciebat mercium suarum æstimatorum
Iugulantur propemodùm emptores simili occu-
sione.

*Deindè; Peregrinis & viatoribus cariùs, quæ
ciuibus ac domesticis forsitan omnia diuendebat
tur, more hospitem & mercatorum, iniquissimè
illo licèt, sed tamen satis vsitato. Abundè hoc scilicet
qui mores hominum multorum vidit, & vrbes.

Ibi cariora, quàm domi suæ & in patria, omnia
nia viatoribus. Erat faba vna triobolaris (vt est
nostrate prou.)

Vnius ouis illic pretio, bouem domi comparassent,
& pretio oui ouem saginatam.

*Est monopolium huiusmodi non solum in privatis
rum hoc damnum, sed communis libertatis offensivum
& idè non est tolerandum, ait Caiet, sup.*

*Denique, sua, si quæ habebant, propriam
quæstuosissimè distrahebant Sacerdotes, distrahebant
autem rursùs per oblationem colligebant, & quæ
consumere non poterant, iterùm vendebant
Lucra lucris succedebant, *velut vnda super vndam.*

Euripus quidam fluxus & refluxus erat a
malium, dum sæpius vnum idemque vendebatur
offerebatur. Certè de quodam Aduocato audivimus
ipsum decies aut circiter vno die, eadem cognationem
perdicem vnam aut par vendidisse toties eandem
à varijs rusticis indidem redemptam, sibi que
latam, recepisse.

D. Anselmus in c. 27. Matth. Excogitauerunt

Sacerdotes, quomodò prædam de populo facerent, vt animalia, & cætera qua offerenda erant, venderent quàm carius possent, & oblata rursus haberent, & quod consumere non possent, iterùm venderent.

* 3. *Mercatores ipsos.* Fortè enim non omnibus cupientibus, vt in Nundinis, & publico foro, ibidem eadem vendere licebat, sed tātum ijs, qui præter pretium locati templi, etiàm honorario aliquo & iusta pecuniæ summa, ius illud ibi illa, sine socijs & riuilibus, vendendi redemissent, ac præterea promisissent, constituto pretio redimere, quæcunque Sacerdotes venderent ex oblati superflua. Onera oneribus aggerebant in Mercatores seu Laicos illos, seu Clericos sui Capituli socios, sibi lucrosa, Mercatoribus autè ipsis, & deindè necessariò quoque emptoribus grauissima, & sanguifuga.

Sic ferè nunc quidam, cùm priuilegijs impetratis agunt, vt solus ab ipsis delectus Bibliopola hos libros vendat, solus hos excudat, aut recudat, hoc regno, hoc imperio, nulla præfixa temporis diuturnitate; lucrosissimè quidem sibi & Typographis ac Bibliopolis, populo tamen studentium onerosissimè; & monopolio simillimè. Sit Principum prohibere: adcurare, viuere vt non paucis tantum liceat.

Cūr non liceat in prata publici iuris cuique falcem immittere?

Simul ac semel Panum etiàm coquendorum priuilegio redimatur, vt oēs iugulati moriamur.

* 4. *Pecuniam.* Quoniàm contingere poterat nõ infrequenter, vt multi aduenæ, vel pecunias quibus

bus sacrificia emerent non haberent, vel ob temeritatem presentis fortunæ, vel ob pericula viarum & infestos latrones; vel non haberent *monetam sanctam*, vel siclos sanctuarij, quibus, & non alijs, non nunquam opus erat; nec erant vendituri Mercatores aliter, quam Græcâ fide, id est, præsenteprecunia, non verbis, neq; stipulationibus; erant enim numularij ab ijs constituti, qui sub cautione, talibus pecunias mutuarent. Et quia lege præceptum erat, vt nemo vsuras acciperet, Ezechiele ita præcauente, *Vsuram & superabundantiam non accipietis*, nec vellent numularij, cessante lucro saltem aliquo, mutuum dare, mira inuentione, pro pecuniis frænebris, diuersi generis munuscula, vtpote poma, vuas passas, & legumina recipi voluerunt, aut permiserunt, quæ esculenta sensim copiosè collecta nouum mercaturæ genus facere poterant.

* Deinde; vt quibusdam locis mercatores noluerunt empta etiã ab eis exigua merce, pro aureo nummos argenteos numerare; quidam verò etiã noluerunt argenteis, aut ære, sibi solui, sed auro mercari, vel per auaritiam, vel per metum à viarum infestioribus; vel quia domi apud suos, aut externorum mercatores, admittitur magis moneta vna quam alia; ne mercatura defectu auri aut monetæ commo-
modæ, & sic deinde Sacerdotum iura & lucra cessarent; constituti quoque fortassè, qui aurum habentibus, & monetam argenteam aut æream, sed aurum poscentibus, etiã darent, sed cum aliquando semper tam numularij aurarij, quam argentarij lucello, cuius nomine fortassis etiã Sacerdotibus ipsis numularij ipsi erant tributarij.

Certè vidi Romæ, cum mihi liberalitas quædam Pontificis Opt. Max. PAVLI V. sanè honestissima, esset à nummulario laico tota in Iulij, id est, hic & in Hisp. regalibus, vel Leodij Bauaricis numerata, vellem quæ in aurum leuius & itinèranti commodius tandem totam cogi; aurum quidem pro Iulij internuntio meo fuisse numeratum, sed cum aliquo nummularij lucello. Sed ea si Romæ, tamen extra templa, domi, & locis ac personis opportunis, &c.

His ergò olim artibus Sacerdotes Iudæorū quæstui habebant Templū, sacrificia & sacra omnia.

Ex omni ouo pullum faciebant, aut excludebant scilicet, ex omni ligno sagittas, ex quouis robore Mercurium (vt est in Prouerbij)

Nihil eorum oculos offendebat, non horrendum illud chaos in templo hominum pecorumque promiscuorum, non scenum paleis permixtum, & latè toto templo distractum.

Non aures horrifonus ille mugitus bouum, infuauis balatus ouium, tristis roucoulatus columbarum, aut mæstus gemitus turturum. Non sonitus raucus auri argenti que numerati.

Non nares pedor ouium, vrinæ aut stercora tot mixtim bestiarum, templum in Augiæ stabulum vertentium.

Omnis *lucri bonus odor*, secum aiebant, cum aliquo Imp. non malo illo quidem, sed sordidiorè certè quàm decebat, qui vrinarum quoque tributum excogitasset, ô cælum! ô terra!

Dedecere se non putabant *omni ex crimine lucrum*

Quæsitum, & partos gladio, vel pyxide numero
Iuuenal. sat. 13.

Quæstorem bonum, & quæstuosum mercatorum
rem religiosissimo cuique præferabant. *Quidam*
ille tibi magno sit maior Homero, sit Bartholomæo
Apostolo & Iacobo Alphæi maximis Oratoribus
& precatoribus sanctior, gratiorque.

Spernitur Orator bonus, horridus miles amator
Cic. orat. pro Murena.

I I.

Quàm graue peccatum Templis abuti, aut profanum
illic se habere. Et: an mercatura om-
nis sit latrocinium.

Quanto autem cum peccato Tempia Dei pro-
fanentur, ostendit Christus Matth. 21. factis ver-
boque.

*j. Facto

1. Eiectione mercatorum,
2. Flagellatione eorundem,
3. Subuersione mensarum, & cathedrarum,
4. Oculorum fulguratione.

* 1. Eiectione mercatorum, vendentium æquæ-
mentiumque. Vbi enim vendere non licet, nec
emere. Zachar. 14. Non erit negotiator in domo Do-
mini.

Isai. ... A sanctuario meo eieci te.

* 2. Flagellatione, quasi pecudes ac mancipia ef-
fent, qui abigebantur.

Ioann. enim 2. dicitur Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo.

Flagellum hoc ex chorda, quâ erat accinctus
homo

homo minimè vanus, & totius luxus incuriosus
fecisse creditur, atque illud æquè in omnes rotas-
se ac contorfisse.

Flagellari enim æquum est domesticos patri-
familias inhonoros, & seruilia illa ingenia, nihil
inter sacrum profanumque discernentia, Diaboli
mancipia.

* 3. *Subuersione mensarum & cathedrarum.*

Matth. 21. *Mensas numulariorum & cathedras
vendentium columbas euertit. Fere idem dicitur Io-
annis 2.*

Magistralis ista & latè patentem auctoritatem
ac Iurisdictionem habentis actio fuit. Leonem ex
vngue isto vnico illum agnoscas, leonem de tribu
Iuda.

* 4. *Oculorum fulguratione. Ignis à facie eius ex-
arsit. psal.*

De Christi tunc facie velut quidam radij sola-
res emicabant (ait Hieronymus) adeò vt nemo
ausus sit vel in eum intueri, nedùm reluctari, in
tanta mercatorum, numulariorum, aduenarum,
Sacerdotumque turba.

Cornuta facies eius, vt Moysis de monte
ad pop. redeuntis, ex consortio sermonis
Dei.

D. Hieronym. comment. in hunc locum ait
igneum quiddam atque sydereum ex oculis Chri-
sti radiasse, & diuinitatis Maiestatem in facie re-
luxisse.

Rigebant, lapidescebant omnes eius tanto
splendore conspecto, velut viso Medusæ nescio
H s cuius

cuius capite, quod qui inspiciebant, vertebatur in lapides, vt Poetæ fabulantur. *Ouid. lib. Metam.*

Dixisses Panico terrore ouium instar omnium percussos fugere, diuinitate Christi se tunc stentante.

* *ij. Verboque*, grauissimo illo & acerbissimo *Vos autem fecistis illam speluncam latronum*, quit.

Vbi singula acerba sunt & emphatica.

* *1. Vos autem*; Quasi dicat; etiã *Vos pulus meus?* etiã *vos oues pascuæ meæ?* *Vos* tarris ministri, quos locum sanctum præteritis reuerenter habere oportuit? *Vos* ethnicis paulò rerum diuinarum peritiore &c.? quasi diceret Iulius Cæsar inter conuatos moriens, amico vt putabat, sed infido: *quoq; filii?*

Quid est, quod dilectus meus, in domo mea, scelera multa? *Ierem. 11. Si inimici, & Ethnici, rendum.*

* *2. Fecistis speluncam*, cauernam, fœdum reprobaculum.

* *3. Latronum*, non furum dumtaxat, sed latrociniis viuentium, quales erant Cacus ille Herculeus, Barabbas ille latro, & quidam Balista gladiatorij magister, in quem ob infamiam latrociniis coopertum lapidibus Virgilius hæc puer ita scripsit:

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepulchrosus:

Nocte dieq, tuum carpe viator iter. Donatus in
vita Virgilij.

In latibulum ergò latronum, & receptacu-
lum latrociniorum ac prædarum versum esse tē-
plum improperat.

Quibus verbis quid acerbius?

Oportuit ergò ingens fuisse peccatum profa-
nationis templi, quod hūc rerum verborumque
Christum traxerit, qui aliàs & alia scelera non nisi
verbis solebat castigare.

Grauitatem pecca-
ti licet intelligere,
quà à

{ 1. Pœna modo,
2. Qualitate iudicis ità puni-
entis,
3. Tempore & loco pœnæ;
4. Iteratione similis pœnæ.

* 1. Pœna modo. Secundum mensuram delicti, sit &
plagarum modus, ab æquo Iudice.

Nec scutica dignum, horribili sectère flagello. Ho-
rat. i. Serm.

Fuerunt autem hæ pœnæ graues à Christo æ-
quissimo; ergò & graue hoc profanationis pecca-
tum.

* 2. Qualitate Iudicis ità punientis. Agnus est
alioqui Iudex & vindex iste: hominum mitif-
simus. Discite, inquit, à me, quia mitis sum &c.
Matth. II.

Iudex iste alioqui solet alijs reis patrocina-
ri, absolueret, vt patet de muliere deprehensa in
adulterio.

Patientissimus
quoque, quam-
libet læta sua

{ 1. Fama, Calumnijs,
2. Substantia, Furtis,
3. Vita, Occidio.

* 1. Fama

* j. *Famâ*, calumnijs improperantium eius etatem Matthæi, Zacchæi, & aliorum peccatorum vocantium nunc seductorem, nunc vini potorem, nunc Samaritanum, nunc furijs, & spiritu maligno percutatum.

Matth. 9. *Diffamauerunt eum in tota terra.*

ij. *Substantiâ*, furtis. Nam Iudas eius Oeconomus pessimæ fidei erat, reulam suam magis seruans, quàm Christi.

Ioan. 12. *Fur erat, & loculos habens, ea quae subreptebantur portabat.*

Exactoribus Cæsarianis poscentibus tributa indebita pependit, ipse priuilegiarius licet, & similis Regum antiquorum.

Tacitus quoque vidit in Passione diuisa vestimenta sua, & super vestem suam sortem mitti. Palam.

* iij. *Vitâ*, occidio. Nam ea ei erepta est, Inimicissimè, Crudelissimè, Inhonestissimè, &c. & tandem animam iam agens, pro lictoribus ipsis & hostibus suis, Deum deprecatus est, dicens: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.*

Idem tamen hodiè sic exarsit in mercatoribus stros.

Ergò crimen aliquod ingens fuerit necessarium, quod agnum istum verterit in leonem.

Patientia lesa fit furor. Cauendum à facili columba.

Guardati dall' aceto di vin dolce, ait Italus; id est ab aceto ubi caue, è mero dulci confecto: quod diuiniissima est probi hominis, & aliàs nitidissima, & cuncti.

* 3. *Tempore, & loco pœnæ*: Tempore illo factum

quo mors illi erat in ianuis. Gestum enim hoc est ipso Palmarum die, aut crastino: triduum ergo aberat à morte.

At tùm ferè solent etiàm iratissimi, & contentiosissimi quique ijs, qui se læserunt, ignoscere, eos accersere, aut vltro venientes blandius excipere, &c.

* Item, tempus erat triumphantis lætiq̄ue ingressus eius in urbem, cùm ipsi mulo imò asinâ vecto Apostoli & alij substrauerunt hi vestimenta, illi frondes oliuarum; omnes vnanimiter, partim qui præbant, partim qui sequebantur, *Hosanna* conclamârunt: quasi dicerent, *salua obsecro; vel salua nunc, vel more gentis nostræ, Viuat Rex, viuat Rex.*

Vide pulcra. Et notatus anè digna etiàm Catholicis, apud Andream Osiandrum, annot. suis in 36 caput lib. 3. *Harmonia sua Euang. de voce Osanna, eiusq̄ veteri vsu.*

Sed ijs ferè temporibus ac diebus reis solet indulgeri.

Quo die regni sedem Gallorum Regina ingreditur, illo dicitur omnes captiuos carcere liberare.

Imò, & circa festum Paschæ, terræ illius Iudex solebat vnum ex vinc̄tis, quem vellent, liberare.

At tunc quoque Christus in eos exarsit. Ergò.

* Item; Solent quædam interualla inter culpâ & pœnam constitui, vt deliberet Iudex, passionū & animi perturbationum vacuus, quid pœnæ sit decernendum.

Hinc illa cuiuspiam, *ab irato ad non iratum* pro-uocatio.

Et

Et illa, à malè informato ad benè informando
 At hic in flagranti (vt loquuntur) delicto
 facti subitò progressus est Christus, nulla ludo
 aut Processus vlitata forma præcedente. Ergò

* *De loco* autem quid dicam? Templum fuit
 quo sæuitum ab eo est.

At è templo saltem solent euocari, educi
 trahi, qui cædendi sunt aut flagellandi, ne irre
 irreligione multetur.

Nil agit exemplum, litem quod lite resoluit.

Horat. lib. 2. term. satyra 3.

Notum est illud Platonis, ad Diogenem, p
 fessum se caluasse fastum Platonis; ità, sed alio sp
 inquentis,

In templo tamen ipso omnia euertit Christi
 omnes flagellat, & pulsat, eadem factururus vel
 rà, si illic reperisset. Ergò.

Nisi dicas, non iam in Templo cæfos, s
spelunca latronum: in hara, non in ara; non i
 cro amplius loco, sed iam pridem & vehemen
 ab ipsis, omni scelere, & sorde, & pecorum ster
 ribus, profanato.

Iam asylum ipsi suum violarant, vi diu
 numini illic illata.

* 4. *Iteratione similis pœnæ*. Sunt qui dic
 Christum bis tantum hoc pœnæ genus de talib
 sumpsisse, semel Ioan. 2. hic iterum.

Non est existimandum (ait Hesselius comment
 in hunc locum) *idem miraculum istud esse, cum*
raculo, quod refert Ioannes. Etenim miraculum
initio prædicationis Christi contigit: istud verò in
atque in illo mitius columbarum venditores & emp

res aggreditur non eos eiciens, sed admonendo dicens:
Auferte ista hinc, quia fortasse pauperes erant, ex simp-
licitate columbas vendebant.

Alij verò ter putant in eos animadu-
 sum.

Certè Ioannes Benedictus Parisiensis Theo-
 logus, scholio marginali ad caput 11. Marci litera
 d. ita scribit: *Hæc est tertia eiectio vendentium de*
templo secundum Osiandrum. Nimirum quia prima 3^a.
ann. Christi, de qua Ioann. 3. (voluit dicere 2.) alte-
ra, de qua Matthæi 21. in die ingressus sui in urbem
super asinam & pullum. Tertia, die sequenti, cum
rediret à Bethaniâ, & maledixisset ficui, vt hoc 1^o.
co.

Tractat verò hanc quæstionem Osiander non
 sanè incatholicè (vir alioqui non satis noster)
 annotat. in 21. caput libri primi suæ Concordiæ
 Euangelicæ, editæ Paris. apud Robertum Steph.
 1545. Videre iuuerit.

Ergò cum quoties reperit nundinatores in tē-
 plo, toties sæuierit, nunc hoc, nunc alio modo, ap-
 pareret illum profanationem crimen ingens credi-
 disse, adeò vt ei nunquam & nusquam parci oport-
 teret, non festo die, & quo iure agi non liceat, non
 in ipso templo, non *vel in Ara.*

Et meritò profectò. Quàm enim indignum, vt
 qui locus diuinitus decretus est, vt se ibi gre alieno
 homines liberent, & diabolus ius omne, quod
 in ipsos vbicunque alibi sibi peperit, amittat, ce-
 datque bonis, ac velut Penelopes telam retexat (vt
 fertur dæmon aliquando de Capitulo fratrum
 dixisse) eo homines sic abutantur, vt illic se
 dia-

vt illic se diabolo maioribus impietatibus stringant!

Quàm indignum, vt cùm omnes homines hominum iniurijs, saltem domi suæ sint tuti, odienses maximè, apud quos capitale, & nunquam veniabile esse audio, vel fenestram aut ostium iusquam, ad vim inferendam, manu sola aut igno pulsasse, quòd scilicèt legis illius Tutelari Asyli domestici lator eam suo ipsius sanguine morte (vt fertur) cùm in eam ipse fortè peccator autorârit) Deus ipse Creator, Tutor, Patronus omnium domi suæ, hoc est in Templo suo, ab iniurijs, id est, peccatis nostris tutus esse non possit!

Vel Rusticus Rex est domi suæ, in media Mæmalix sylua, etiàm præsentè Carolo V. Imp.

Quàm indignum, vt templa alijs asylo sit Deus verò ipse illic asylum sibi ipsi ab hominibus offensis habere non possit!

*Non ancilla tuum iecur vlceret vlla, puerue
Intra marmoreum venerandi limen auicæ,*

Horat. lib. 1. epp. ep. 19.

Quàm indignum vt nemo domum suam fornice esse ac lupanari velit; in domo autem Dei, id est, in templo, multi sic vt in lupanari se gerant!

Certè Claudius Fauchetius scriptor Gallus, sinuat olim fuisse in Curiâ Regum Gallix Regis quempiam (vt Gallica sonant) Ribaldorum, id est, fortium, audacium, & insolentium hominum correctorem, qui facem manu gestans sub noce palatij regij omnes angulos perlustraret, ne quis peregrinus meretrices introduxisset. Lib. de O

de Origine Magistratum Regni Francorum c. 14.

Regis domum scilicet integram scelerisque puram esse volebant, eiu modi Magistratus institutione.

Indignissimum ergò, si in domo Dei & Templo minus honoris habeatur.

Christus certè templo honorem haberi quam maximum maximè affectavit: & cùm aliter contigit, indignissimè tulit.

3. Reg. 19. *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij israel: altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio &c.* ait Elias,

psal. . . *Zelus domus tua comedit me.*

psal. . . *Domine dilexi decorem domus tue*, non tam illum, quem tapetes seu Phrygij, seu Angiensis, vel picturæ Apellea manu laboratæ, vel aurum & argentum faciunt, sed quem reuerentia, compositio decens, & religio hominum illic stantium faciunt.

Nulla nobilioris & adolescentioris puerperæ ancilla tam studiosa munditiei in cubiculo cubili, & accubitu Dominae suæ, quo die expectat socias illius matronas ad eam studio gratulandi & comestandi rebus, post aliquot à puerperio dies, omnibus saluis, gregatim venturas, quam Christus fuit debita domui Patris sui reuerentiæ exhibendæ, procurandaque sollicitus.

Facile tulit iniurias suas: at iniurias domus, & nominis paterni difficillimè, cōtrario nobis more profectò, qui diuinarum iniuriarum negligentissimi, vindicandarum nostrarum sumus quam studiosissimi.

Ità qui in deserto, post 40. dierum ieiunium omnia à dæmone patientissimè tulerat, tãdem iam læsa Patris Maiestate in ipsum exarsit, & dixit dicens, *Vade Satana.* Matth. 4.

Chrysoft. hom. 5. in 4. Matth op, imperf. huc vide, cum Christus in prima tentatione passus fuerit tentationis iniuriam &c. non est exasperatus, nec increpationem vel obiectionem eius est excitatus, sed sustinuit & mitis permansit, tamen contra verba tentationis congrua dedit exempla. Similiter & in secunda quamvis esset iniuriatus &c. turbatus non est, nec increpans ei dixit, vade retrò Satana. Nunc autem quod dicitur Diabolus, Dei sibi presumpsit honorem, dicens omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me, &c. quasi sibi fieri à Christo, quod soli Deo fieri debet, (mel debebat) exasperatus est, & iratus & increpauit eum, & repulit dicens, vade retrò Satana.

Vide multa in hanc rem, in Monomachia n. Conc. 39 parte 2. pag. 295. & seqq.

Ergò exemplo eius, studio repurgandi tentationis incumbamus.

Nam certè delicta qui non vetat, cum possit, vitare non debent. Senec.

D. Gregor. ep. ad Theodoricum, & Theobertum Reges Franc. Facientis proculdubio culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare.

Ex mente I homin, debemus nos sic in Ecclesia Dei maturè honorificeque habere, vt in paradiso coràm Deo Angeli. Imò magis vt potè vtentur Deo & Angelis spectatoribus.

Psal. ibi prouenerunt principes, id est, Angeli, &c.

iuncti pfallentibus.

1. Cor. II. Debet mulier potestatem habere supra caput, propter Angelos; potestatem, ait Vatablus, id est, signum subiectionis, velamen aliquod.

Propter Angelos, id est vno sensu, propter Prophetas, Sapientes, Sacerdotes, Episcopos, Monachos, & viduos celibatui Angelico iam red-ditos, ne eorum pudicitiam offendat.

Sed, inquis. Fortè Seuerius hic dixit egitque Christus, ita eiciens, & flagellans omnes, subuer-tens omnia, & spelūcam latronum templum ap-pellans.

Nam Mercaturam sanè videtur in latrocinij reponere.

Ergone Mercatores latrones? ergone omnis Mercatura latrocinium.

Audite. Etsi respōdere possim verbis Prophe-tæ; *Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa. p. 18*

Et Pythagoreorum verbo; *Ipse dixit; Ipse fecit.*

Ergo benè.

Et addere; illud Matth. II. *Iustificata est sapien-tia à filiis suis.*

Et Dominus est, quod vult faciat.

Ita Pater, quoniā sic placitū fuit ante te. Mat. II.

An non mihi licet, quod volo facere? Mat. 20.

Iob. II. Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei?

Iob. 9. Quis dicere potest: Cūr ita facis?

Eius vnus esse, dicere, Hoc volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Iuuenal. Sat. 6.

Rationē dictorū, factorūq; eius quærere, nō aliud sit, quàm cum ratione insanire.

Quoniàm inscrutabilia iudicia Domini, & ad
multa.

Inuestigabiles via eius.

Tùm, quoniàm ipse summa ratio est, summa
& prima iustitia, quàm iustum est, quidquid iustum
est, & regula omnis iustitiæ, ad quam corrigi ce-
ra necesse est, non verò ipsam ad aliam quam
que, non si regulam iustitiæ vnã simul con-
condant septem illi Græciæ Sapientes.

*Adducit consiliarios in stultum finem, & iudicium
stuporem.* Iob 12.

His, inquam, productis, possim si nõ solus
certè satis fecisse.

Tamen etiàm aio, nihil seueriùs, aut iniquius
dixisse hic Christum.

* 1. *Dici enim potest*, non homines hominibus
comparasse, id est, vel mercatores vel Sacerdotes
latronibus, sed tantum locum loco, & sordibus,
id est, Templum spelunçæ latronum comparasse
propter sordes tunc vtrouque æquas, & immu-
tas fœdæ quæ, longa stabulatione tot animarum
brutorum contractas q.d. Quàm sordidæ spelunçæ
si ariorum, ob longam illic ipsorum
latitationem, & receptam omnis generis animarum
tium, à varijs prædonibus hinc inde abductorum
tàm sordidum nunc templum Dei fecistis, in-
ductis tot bestijs venalibus.

*Virgil. 8. Aeneid. Antrum putes semi hominibus
ibi, vbi membra fluentia tabo &c.*

* 2. *Vel strepitum* nimis magnum, ab inconditis
hominum brutorumq; vocibus in templo ac-
tasse, tantumq; dixisse, quantus esse soleat in
luna

Iuncis prædonum longo recessu' submotis, cum exultât victores capta præda, non verò etiã iniquitatem mercaturæ latrocinio assimilasse.

* 3. *Vel Mercatorum eiectione, & flagellatione contentum, solorum Sacerdotum peccatum latrocinio comparasse, quo templum nõ suum, sed soli Deo sacrũ, mercatoribus locabãt lucri sui causa, ac sic furtũ, imò sacrilegiũ perpetrabãt, & latrocinium quoq; cum pretium loci tandem emptores veditoribus refundere, (omnia cariũs emẽdo sc.) cogerentur.*

Scilicet omne Sacrum mens intus auara profanat, & venditat.

* 4. *Vel notasse tantum personas mercaturæ idoneas, (sortitan ex Sacerdotibus & Leuitis hũc per avaritã Collegij ac Capituli sui, delectos.) Itẽ eos Superiores, qui aliquos Clericos subtractos Deo, imperio violento, foro addixerant, quæ latrocinij species quædam est manifestaria.*

Dedecet enim personas quasdam mercatura, Sacerdotes maximẽ, à quibus abesse debet studiũ quæstus & diuitiarum corradendarum; & sollicitudines seculi. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.

Cic. orat. de lege Agraria. Hanc verò emendi & vendendi quæstuosissimam ac turpissimam mercaturã, alienam actione Tribunitia, alienam dignitate populi Romani semper putavi; multò magis dignitate Sacerdotali.

Spectatores nundinarum, & rerum humanarũ esse Sacerdotes, est satis, vti & Philosophos.

Scribit auditor Platonis Ponticus Heraclides,

Pythagoram Leonti principi Phliasiorum, cum
 eo quassisset, quinam essent philosophi, & quid inter
 & reliquos interesset; respondisse: Similem sibi
 vitam hominum, & mercatum eum, qui haberetur
 ximo ludorum apparatu, totius Græciæ celebratæ
 ut illic alij corporibus exercitatis gloriam, & nobilitatem
 coronæ peterent: alij emendi, aut vendendi quassæ
 lucro ducerentur: esset autem quoddam genus eorum
 idq; vel maximè ingenuum, qui nec plausum nec
 quererent, sed visendi causa venirent, studiosè
 spicerent, quid ageretur, & quo modo: Item non
 in mercatus quadam celebritate ex vrbe aliqua,
 hanc vitam, ex alia vita & natura, profectos: alios
 ria seruire, alios pecunia: raros esse quosdam, qui
 teris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam
 sè intuerentur: hos se appellare sapientiæ studiosos
 est enim Philosophos: & ut illic liberalissimum
 spectare, nihil sibi acquirerentem, sic in vita longè
 nibus studijs contemplationem rerum cognitionem
 prestare. Cic. 5. Tusc.

Sacerdotem, Philosophi instar, vacare Deo
 lestium contemplationi, lucro animarum, &
 nori cum Deo solo &c. oportere: Mercaturæ
 lucris sordidis, atque illicitis, æternum valeo
 re.

Felices animæ, quibus hæc cognoscere primis

Inq; domos superas scandere cura fuit!

Credibile est, illos pariter vitisq; iocisq;

Alius humanis exseruisse caput.

Non Venus & vinum sublimia pectora fregit,

Officiūq; fori, militiae labor.

Nec leuis ambitio, perfusaq; gloria furo,

Magnorumq; fames sollicit auit opum.

Admouere oculis distantia sidera nostris,

Aetheraq; ingenio supposuere suo.

Sic petitur Cælum. Ouid. lib. 1. Fastorum.

Commercia, & conuersatio nostra in cælis est.

Latrocinij genus est, furripere se Cælo, vt vacetur foro.

—— *cælum sublime tuenti*

Non vacat exiguis rebus adesse viro *al. Ioui, apud

Ouid. lib. 2. Trist.

Neque ei Sacerdoti, qui à se pendentem circumspicit orbem. Ouid. lib. 2. Trist.

Si opes contemnere proprium Christiani, maximè proprium esse oportet Sacerdotis.

Cic. 5. Tusc. An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates Philosophi non potuerunt?

Illius epistola ibidem à Cicerone relata planè lectu digna est.

Si verò hic tam Mercatores, quàm Sacerdotes notat Christus: responderi possit;

* 1. *Notare tantùm illos, non mercatores quosuis, quòd scilicet res absolutè necessarias in sacrificia, hoc ipso quòd huc necessariæ essent, pretio iniquiore venderent, vt ferè assolent venditores esculentorum & poculentorum, sine quibus hæc vita agi nõ potest, quod est latrocinio cognatum, vnde & vulgò Gallicè dicuntur emptores suos iugulare.*

* 2. *Vel eos tantùm notare, qui cariùs aduenis, quàm ciuibus, venderent, vt est ferè vfitatum, in hospitij maximè.*

Latrones enim, viatores foris in agro; at hinc mi quoque, imò in templo ipsos iugulant & occi-
liant.

* 3. *Ve eos tantum*, qui à Sacerdotibus redempti
bant, quod statim alijs venderent, quod Scipio
damnat.

Cic. 1. de Off. *Sordidi etiã putandi, qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendant.*

Illos nos Valones vocamus (*recoupeurs*) sic annonæ & rerum omnium pretia mirantur & cogitant.

* 4. *Ve eos tantum*, qui usuram illam larvatos exercabant, acceptis, quæ diximus, munusculis ostentantibus, cum pecunias mutuarent, itaque & latrocinij quoddam genus incidebant.

Si rectè Alphonsi fœnus nihil aliud, quàm nimis funus creditum fuit, ergò latrocinium est. *normit lib. 3. de rebus gestis Alphonsi.*

Catoni certè Censorio, homicidium est.

A Catone enim sene cum quæreretur, quid maxime in re familiari expediret? respondit, benè pascere. *secundum? satis benè pascere: quid tertium? benè vivere, quid quartum? arare.* Et cum ille, qui quæsierat, dixisset, quid fœnerari? Tum Cato, quid hominem, inquit, occidere? Cic. lib. 2. Off. in fine. Hoc & Plinius addit.

Cato ille scilicet non minùs fœneratorem periculis
care censuit, quàm homicidam.

Ergò non simpliciter hic mercaturam omnem
nem accusat Christus, sed talem duntaxat, sed
cum sacrum pro mercatu habentem. & c.

Etsi Mercatura quævis videatur malè audiri

Cicerone, cum ait lib. 1. Off. *Mercatura autem si tenuis est sordida putanda est: sin magna & copiosa multa vnd: que apportans multu sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda: Tamen nullum sonat peccatum, nisi secundum quid, & accedentibus malis circumstantijs: Vide Caiet. in Summula, verbo (Veditio.) de malis circumstantijs Mercatura.*

Mercatura nuda solius lucri gratia, vituperabilis est (ait Caietanus ibid. verbo Mercatura.) utpotè infinita, ac per hoc insatiabilis. Ordinata autem ad finem Politicum, hoc est, ciuitatis bonum, vel ad finem Oeconomicum, hoc est, domesticum bonū, laudabilis est, si iniustitia fraudum, mendaciorum, & huiusmodi desint.

Commerciorum licentia variè probari potest.

* 1. A nulla prohibitione; Quod enim non est prohibitum, censetur esse licitum. Virtus enim peccati lex. Nulla fit lex, nulla regula; nullum erit peccatum.

Si scriptum est Zach 14. *Mercator non erit, additum est in domo Domini, ne vbique vetitum putet mercari.*

* 2. Ab exemplo. De muliere illa forti impēsissimè laudata, Prou. 31. dicitur: *findonem fecit, & vendidit & tradidit Chanaan.*

* 3. A necessitate victūs, quæ à quibusdam aliter haberi non potest.

Cic. paradoxo 6. *Is qui honestè rem quarunt, mercaturis faciundis, operis dandis, publicis sumēdis, intelligimus opus esse quæsito.*

Iusta putantur, quæ sunt omninò necessaria, etiā homicidia, bella, furta, &c.

Augere opes suas quemque posse, nemini cendo, Cicero concedit.

* 4. A necessitatum humanarum multitudin quarum multis nullo modo succurri, sine mercatura & commercijs, possit.

* 5. *Ab absurdo.* Sic enim omnia hominum tua auxilia damnarentur. Nam & ipsa sunt que indirectæ mercaturæ.

Quæstus s. mercatura, fructuosa aratio dicitur. cetero 5. Tusc.

Operam pro opera rependere, quid est nisi perâ operam vendere, & emere? Militare stipendio quid aliud, quàm sanguinem suum pretio vendere?

Quid mercede seruire, etiàm pro cibo & potu?

Altari deseruire, & de altario viuere, quid est?

Tu mihi *beneficium* das propter officium, ego officio fungor, propter beneficium.

Vitam è vita sustulerint, & homines ex hominibus, & Solem è mundo, qui mercaturam omnem damnauerint.

Fatendum tamen, proprii nominis Mercaturam abundare scopolis, fraudum, deceptionum, mædacionum, monopoliorum, crudelitatum, inpositionum, cõtemptus Sacrorum, tam Loci, quàm Temporis, quàm Iurisiurandi, &c.

Mercationem, hoc est, ipsum mercandi actum Patres censuerunt periculosam. *c. qualitas, de penit. dist. 5.*

Habere eam sæpè multa venalia, quæ non debent, delectum, decretum, alienam, suam sententiam

etiam, forum, domum, vocem, silentium, &c.

Fraudem in mercibus, in mercedibus, in monetis subaratis, aut altiùs elocandis, quàm Cæsari ac Principi placeat, &c.

A nacharhis aiebat, *forum esse locum, mutuis hominum fraudibus, ac rapinis destinatum.*

Pleniùs equo

Laudat venales, qui vult extrudere, merces. Hor.
lib. 2. epp. ep. 2.

Sua propè omnia *mercator avarus*

* *Fingit se à rubri littore ferre maris. Stroza pater. (* al. finxerat.)*

Emptor autem, cùm empturit, merces vituperat, ait non valere, non tanti esse, non egere, & alibi æquiore pretio haberi posse.

Sæpè Mercurio eloquentiæ, furum, & mercatorum Deo, emptor venditorque egregiè famulantur.

Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui

Semper in augendâ festinat, & obruitur re. Horat.
lib. 1. epp. ep. 17.

III.

Qui homines etiã nunc faciunt domum Orationis speluncam latronum.

Et si ità Deus vindicârit templi sui Mosaici profanationem; tamen etiã nunc Christianos aliquos reperias, qui domum Dei faciunt proh dolor! *speluncam latronum*, & quidem opinione communi plures fortassis.

Sed vereor, ne non pari benevolentia hanc
Con-

Concionis huius partem, vt reliquas duas
res, audiatis, saltem plerique auribus magis pre
sentes. *Veritas enim odium parit.* Terent. in
Aria.

Imò, cur id verear, magis quàm Christus,
quo hic nunc legatione fungor?

Vt mortem sibi instare prænoscet Christus
hinc se odia Sacerdotum &c. magis in se co
moturum, mortemque hinc illi machinatur
non tamen idè ille irasci desijt; non flagellare
mnes; non mensas & cathedras euertere; non
mos offundere ac spargere; non *speluncam latro
templum* appellare: scilicet ne timerem ego
flagellare, zelo domus Domini, et si indè male
diendum, pariendum.

Qui quæ vult dicit: quæ non vult, audiet.

Dicam ergò intrapidè; sperans, bonos ple
que multos gratam quoque hanc partem hab
ros: & ex malis, aliquos quoque ad sanam ment
redituros.

Faciunt tē-	{ 1. Milites; 2. Peccantes quomodolibet in templis; 3. Clerici; 4. Fœmina.
plum Dei	
speluncam	
latronum	

* 1. Milites; quum tempore belli, in templis
in arcibus, præsidia sua habent, prædas illuc age
runt, captiuos adducunt, torquent, meretrices
lunt &c. maximè causa iniqua, & aduersus fide
Christi militantes.

Vox S Thomæ Cantuariensis, cum, Cleri
templi aditus præcludere conantibus contra
ficariorum Henricianorum, ostium aperuit

Non est Dei Ecclesia custodienda more castrorum: & ego pro Ecclesia Dei libenter mortem subebo. Breu. Ro. 29. Decemb.

Christus ipse noluit clausus inueniri in cenaculo illo, ubi cœnas vltimas suas fecerat, sed egressus est foras trans torrentem Cedron, ne domus Dei fieret pelunca latronum, dùm hi capere, hi tueri illum conarentur. Locus enim ille iam iam factus erat templum, dedicatus scilicet ac sacratus ipso facto, per Cœnæ mysticæ, & (vt sic dicam) primæ Christi Missæ celebrationem, & primam quoque Sacerdotum creationem siue ordinationem.

Vide nostrum seu Theatrum Patientiæ, seu Codrum Evangelicum Conc. 5. parte 2. pag. 107. 108. 109. edit. Duac. Borremanni.

Porro Cœnaculum illud tantę barbaris ac Mahumetanis venerationi est, vt ij positis calceamentis, nudipedes illuc ingredi soleant.

E. Joh. Dubliulus Minorita lib. 1. hocæporici suæ Ierosolymit. pag. 13.

* 2. Peccantes quomodolibet in templo, seu Omissione, seu Commissionem, vt non orando; non saltem mentem ad Deum, aut ad caelestia & salutaria ad tollendo; de peccatis non dolendo, verbũ Dei negligenter & dormitanter audiendo, tumultuando, confabulando, comedendo &c. indignè communicando quo fit, vt diabolus in cor Iudæ potenter ingressus, ibidem impotentissimè grassetur.

1. Cor. II An Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent?

Item,

Item; cùm clamoribus, & fabulis distrahunt
 sacerdotum intentiones.

Tùm enim latrones illos introducunt, in quo
 Luc. 10 viator ille ab Ierusalem in Ierico profectus,
 dicitur incidisse, sua omnia, & penè vitam perdidisse,
 &c. id est dæmones, qui omnia describunt in libris
 rationum, quos tandem diuino Iudicio offerant; & tùm
 eos iuuant, vt ibi quæstum faciant maximum, quantum
 aliàs & alibi non solent, vbi tamen eos oportebat
 iacturam omnium facere, imò & naufragium pati.

Quemadmodum nullo alio ferè die dæmonibus
 religio sius seruitur, obeditur, &c. quàm in
 Minico, aut Fæsto, quam minimè oporteret, quoniam
 niam operarijs ac liberis ab arctiori pietate diebus
 quisque suam exercet artem; sic ferè nusquam
 melius coluntur, quàm in ipso Templo Dei, & in
 reuerentia ergà diuinam, vagis adspectibus, &
 fabulis, &c.

Proh! pudor, & dolor! in Medicinis vulnerum
 mur, contagio ac peste ferimur! in vallo, ac murum
 tione nostra cædimur! in ipso balneo inquinamur!
 mur! Facta sunt ipsa remedia, atque amuleta, &
 talia, & toxicis similia.

Ferunt certè visum aliquandò sacerdoti dæmonem
 retrò altare, scribere celebrata iam Minico in
 in pergameno longissimo, illud quæ scribendum
 omnibus nimis angustum dentibus, futurum in
 star, extendere, coactum quæ à Sacerdote publico
 dicere, quid scripsisset, respondisse. Scripsisse se
 nia mendacia, detractiones, aspectus impudicos, cogitationes
 immundas: vanitates, & omnia peccata populi.

qua illo die in ea Ecclesia commisisset, quod ea in Ecclesia facta vehementer Deum irritarent, arriderent verò daemones Dei hostibus. Ioannes Junior Ord. Præd.

Hinc Ioannes Eleemosynarius neminem in sacrario loqui permittebat, sed spectantibus omnibus foras emittebat eum qui loquebatur, dicens: Si quidem ut orares venisti huc, in hoc mentem tuam, & os tuum vacare exopto. Si verò propter loquutionem scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur; noli ergo eam facere speluncam latronum. Ex vita Ioannis Eleemosynarii §. 42. & 43.

Ferunt Pythagoricos noluisse, ut obiter quisquam in transitu Dijs supplicaret: sed ut domo prius mente ad hoc præparatus adoratum veniret.

Romani, Principe circa auguria aut sacrificia occupato, clamabant olim: HOC AGE: quæ vox, eos qui intererant, ad rem, quæ agebatur, attentos reddebat *Plutar. tom. 1. vit. in Numâ.*

DIC QVARE HVC, solebat sibi dicere pius aliquis Pater.

* 3. Clerici, qui scilicet prætextu religionis ac Sacerdotij, quasi in latibulo & umbra, spoliât populum (de malis loquor.)

* Qui beneficijs fruuntur, nec officio ritè defunguntur, neque pensum horarum ritè ac plenè exequuntur; nec in Christo mortuis, uti oportet, suffragantur.

* Qui sic stant, aut in subsellijs suis sedent, ut mutæ in balibus statuæ, vel omninò non psallentes, vel neque spiritu neque mente psallentes.

Psallite sapienter. Psal.

Abominationem desolationis stantem in loco
 Et vocabat olim talem religiosum quidam
 Gulielmus Gillon Franciscan. in Ordin. Iubi-
 rius.

D. Franciscus, *fratrem muscam, nos, fucum*
uum.

* *Qui missa vnica, duarum, aut trium oner-*
liberant.

* *Qui populi peccata comedunt, ne tamen*
launt.

Duces caci, fraudulentii mediatores. D. Berna-
 ferm. de colloquio Simonis & Petri.

D. Bernard, *ibid. Peccata populi comedis,*
propria tibi minus sufficere videntur. Sollicitus es
tamquam redditurus rationem, dignos pro eugen-
fundere, dignos agere poenitentia fructus. Alioquin
noueris imputanda, quae modò inter delicias con-
(mel comedis) & paruipendis, dissimulas tam-
nil attinentia tibi.

Alioquin beneficia veneficia tibi erunt, &
officient plurimum.

Vt spina piscis in gutture comedentis, sic p-
benda in ore negligentis Sacerdotis.

Mors in olla 4 Reg. 4.

Antequam comedam suspiro. Iob.

Cinerem tamquam panem manducabam, & pan-
meum cum fletu miscebam. Psal.

Massilienses Gallorum populus cum
ste laborabant, vnus se ex pauperibus offerbat
lendum anno integro publicis & purioribus ci-
postea verbenis, vestibusque sacris ornatus, ci-
ducebatur per urbem cum execrationibus,

eum inciderent omnia mala ciuitatis, & sic proij-
ciebatur. *Seruius in illud 3. AEneid. Auri sacra fa-*
mes.

Ità in caput Sacerdotis, eorum pænæ regeren-
tur, qui eum publicè lauteque alunt, nisi sacrifi-
cijs, precibus, & vitæ sanctimonia, sibi ipsisque
Deum ritè placauerit.

Iere. 48. *Maledictus qui facit opus Domini fraudu-*
lenter, vel, vt verterunt 70. ἀμελῶς id est, negligen-
ter, vel contemptim.

Quorsum enim à fructu frumenti, vini, & olei
popularis multiplicati viuamus? cur det nobis lanã
& linum, victum & amictum populus, nisi vt alta-
rio diligenter & bona fide seruiamus?

Verè Sanguisugæ, fures, adeoque latrones si-
mus, si beneficia capiamus, & officia sperata de
nobis negligamus.

D. Hierony. in Matth. *Latro est, & domum Dei*
conuertit in speluncam latronum, qui lucrade religione
sectatur, cuius professio non tam cultus Dei, quam nego-
tiationis occasio est.

* *Item speluncam latronum de domo Dei fa-*
cimus, cum non sicut homines, sed sicut equi &
muli vitam agimus: cum sancta loca subimus, al-
tare adimus, ante debitam purgationem &c.

Cum Benedictiones, iurisdictiones, vsurpamus,
quas non debemus, vnde accidit, Deum dicere;
Maledicam benedictionibus vestris &c.

Cum Dei causas relinquimus, ad terrena negotia
vacamus, locum sanctitatis accipimus, & terrenis acti-
bus implicamur. D. Greg. homil. 17. in Luc. 10.

Tales Deum iritant planè, & insensum reddunt
sibi,

sibi, vereor ne & his, quibus cum propitiare debuerit.
D. Bernard. ser. 1. ad Clericos.

Milites & Aduocatos fures vocemus, qui aucto-
pta pecunia neque Reipub. neque clientis cau-
tueantur, imò etiàm hostibus opitulentur; ne-
vocetur Sacerdos & beneficiarius, qui non solum
officij negligens est, sed etiàm beneficis suis
tiores facit Deum?

Furantur qui tales sunt, panem, quo vescitur.
Nàm, Augustini sensu, *Peccator non est dignus
ne, quo vescitur.*

* *Item;* latrones sunt, qui Sacerdotia melioribus
& sanctioribus debita ipsi inepti occupant, imò
nonnunquam meliores extrudunt.

* *Item;* qui patrimonium Crucifixi, & bonorum
pauperum, ad se suosque malè interuertunt.

Si locupletis opes tollens, fur iure vocatur:

Quem dicas, Inopi qui sua pauca rapit?

*Non pudet inde auferre miser, quò spontè
bat*

*Inferre? HINC QUI NIL VIS DARE, TO-
LE NIHIL.*

Scripti aliquandò in direptores Bibliothecarum
Ord. nostri, latronibus istis quoque conuenientis-
sime.

* *Item;* qui cauponantur in Templo & man-
dinantur, vendentes Sacramenta, & Sacramen-
tia, Sacra, & sacrificia, & Christum sæpè ipsi.
Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?

* *Qui vendunt boues, id est, Patris Potestatem
quàm aptissimè signat bos, animal scilicet rob-
stum & laboribus aptum.*

* Qui vendunt oves, id est, Filij Veritatem, quã signat ovis, animal maximè simplex scilicet, cuiusmodi est ipsa veritas.

* Qui vendunt columbas, id est Spiritus Sanctitatem, quam signat columba, avis innoxia, & mundis cibis tectisque læta.

* Item: furatur verba Dei, qui bonum, quod dicendo prædicit, operando non sequitur. Gregor. 1. Regg. 7. Ierem. 23.

* Item; qui Veritatem Dei in iniustitia detinēt, parcendo veritati, vel metu aduersorum; vel spe ac cupiditate lautioris fortunę, vel aurę popularis auiditate, vel peccatorum suorum pudore & conscientia &c.

* Item, qui Simoniacè, & latenter intrant in Ecclesiam. Ioan. 10. Qui non intrat per ostiũ in ouilem, sed ascendit aliunde ille fur est & latro.

* Qui non, nisi mercedis intuitu, seruit Christo. Nam merces, Græcè dicitur *λῆζον*; vnde & latrones dicuntur stipatores, & ipsi quoq; milites, quia mercede conducuntur. Vide Varronem lib. 6. de ling. Lat.

Seruius quoq; in illud 12. Aeneid. Fixumque latronis Impavidus frangit telam: modo latronis, inquit, & est Græcum: nam *λῆζον* dicunt obsequi, & mercede seruire. Vnde latrones vocantur conducti milites. Va nobis.

* 4. Fœminæ nuptæ innuptæq; illæ scilicet, quę incongruè & luxuriosius comptæ, ac nimium detectæ in Templum veniunt.

Nam Furantur maritos suos matronis, patribus adolescentulos alijs educatos &c.

Furantur & latrocinantur Deo multorum
mos, excitata in ipsis illicita sui concupiscentia
etiã in nolentibus, mūditijs illis suis meretricijs
& habitu parùm sancto,

Ipsæ Retiarara, plaga, lato venabula ferro. V.
4. Aeneid.

Plautus in Pœnulo Act. 1. illa mulier lapide
licem subigere, vt se amet, potest.

Nescitis D. Bernardū, cum sensisset mulie
infidias suæ pudicitia parari, exclamasse Latrones?
Latrones?

Prou. 6. Pretium scorti vix est vnius panis
er autem viri pretiosam animam capit.

Chrysoft, lib. 6. de Sacerdotio. Nam & motus
cor. & motuum exquisita mollities, & incessus affectu
tum studium & vocis confractio, & oculorum, & na
larum pigmenta, & cinnorum compositiones, &
pillitij tinctura, & vestium sumptuosarum aurati
que diuersitas & gemmarum pulcritudo, & vagin
rum fragrantia, & cetera omnia, que muliebri
affectare solet, talia sunt que animum commou
possint, nisi is continentia austeritate occalluerit.

Spectatum veniunt, veniunt spectentur vt ipsa:
Ille locus casti damna pudoris habet. Quid. i. de
te.

Imò quædam furatum veniunt; illorum
teorum & furum instar, qui furandi tantum ca
Nundinas frequentant.

Templum illis pro Emporio est, pro for
pro pergula, & loco vel editiore vel latius pate
te, vnde merces suas ostentent, atque explicent
vbi liceat sceminis eligere quos viros, viris
vel

velint, seque venditare, ac tùm maximè, cùm locū alicuius Dedicatio anniuersaria est, quasi tum sint mera Aphrodisia, id est, Veneris festa.

Dicas, Tempia esse illis, pro campo aliquo Martio, aut stadio, vbi, quid possint equi, incessu cursuque probetur.

O fures! ô latrones! Quæ tales estis, *facitis domum Orationis speluncam latronum.*

Cùm enim passim fur, & latro sacrilegus vocetur, & damnetur ad flammam, qui calicem sacrum, vbi tamen nullus restet sanguis Christi, aut ciborum, iam sine hostia & corpore Christi, è templo auferat: non sic vocentur illæ latrunculæ, quæ animam Christiani cuiuscunque Adolescentis, Vidui, & Vxorati quidem, sed vxorem, seu modestiæ studio, seu fortunæ tenuitate, incultiore, aut habitu sanctiore vtentem, domi habentis, rapit, in quâ adhuc natat recenter sumptus sanguis Christi? aut Monachi, vel Sacerdotis incauti animam & cor tollit, quod quotidie innatat in sanguine Saluatoris?

Sunt animæ, sunt calicibus sanctiores longè, ac pretiosiores.

Est ergò animarum iactura grandior, quàm calicum.

Non est par pretium calicum, & animarum.

Calices empti auro argenteque; at animæ, sanguine & morte Christi ipsius.

Latrocinium igitur latronum istarum damnosius multò est ac sceleratius.

An non Latronibus similes sunt comptulæ illæ.

Nàm vri latro multis insidias struit, & multos
 cat, vt vnum valdè locupletem inter multos
 periat, cuius exuuiæ illi tota vita sufficiant : &
 Herodes Aſcalonita, Antipatro patre latrone
 tus, vnum paruulum Ieſum quærens, innumeros
 puerulos trucidauit : Ità iſtæ, vt vnū maritum
 tineant, multis infidiantur.

Imò Peiores illæ vul-
 gatis latronibus, per
 omnē modum, ratione

1. Loci,

2. Temporis,

3. Immanitatis,

4. Indiscretionis,

5. Cauſæ.

* 1. Loci. Nàm illi non alibi forè, quàm in
 uis, in agris, & ferè profano loco, graſſantur :
 Itæ maximè ſacro latrocinantur.

Domi enim plerèque (vbi, Hyperide autore
 pud Stobæum ſer. 72. licet vxori coram marito
 ornare vt libet) ſæpè ſūt incultiſſimæ, illotiſſimæ
 & quauis Colerâ aut Iſortâ ruſticanâ ſordidior
 non modò nullius animum rapturæ, ſed etiâ
 diendæ, & amore inſanientibus amuletum &
 medium amoris futuræ : at eadẽ foras abitur
 templumque adituræ, alijs ſpectaculo futuræ
 leſcentulis, Cõiugatis viris, viduis, Cõlibibus,
 nachis, Sacerdotibus &c. tũm ſtudioſiſſimè con-
 tur, pectuntur, lauantur, nudantur, armis Ven-
 omnibus induuntur, prædam ipſo ſacro loco
 cturæ, & ſtragem vel ante aras edituræ.

Vt intolerabile fuit, Helenam ſuo Menelao
 Paride, domi ſuæ ſpecie hoſpitij abripi; vt & He-
 rodiadẽ ſuo Philippo ab Herode; ſic indigniſſimè
 animas Deo dicatas, ipſi Deo, à latrunculis iſtis,

ipso tēplo & domo Dei, specie religionis ac deuotionis subtrahi.

In terrā sanctorum iniqua gessit.

Deinde: Latrones, & quiuis milites, Confessionem Cōmunionemq; adituri, hic gladio, hic pugione, ille Persico ferro & halebarda se exarmat, & discingunt &c. istæ verò tūm maximè arma omnia sua capiunt, cataphractæq; (vt sic dicam) veniunt, & si quæ cassis, id est, mitella & ornamentū capitis colliq; illis maximè probatur, si quæ lorica optimè hamata, aut thorax aliquis idoneus, si gladius qui spiam bis acutus, id est, si quid est in toto mundo suo muliebri maximè illecebrosū & philtro simillimum hoc tunc adsumunt, induunt, aptant, ostentant, vibrant. *Auferimur cultu.*

Vti ad nuptias, ad choreas, ac solēnes ludos, sic ruunt quædam ad templa cultissimæ, & infidiosissimæ. *ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur.*

Postremò modus muliebris nullus est... quæ elauta est, nisi

Perculta est... quasi illauta est. Plautus in Pœnulo Actu. I.

Illis Hippolytum iunge, Priapus erit.

Olim mercatus meretricius ad eadem at non in æde Veneris, nunc idem mercatus, imò raptus, in ipsa æde Mariæ Virginis, Christi virginis &c.

Plautus in Pœnulo Act. I.

Apud adem Veneris hodie est mercatus meretricius.

Eò conueniunt mercatores ibi me ostendi volo.

Inuendibili merce oportet vltro emptorem adducere.

Romulus quidem & Romana Iuuentus Senonorum filias virgines rapuerunt, sed in concauæ, in stadio aliquo, & ludis equestribus: at Latrunculæ Christianas animas rapiunt etiam ipso templo, inter vestibulum & altare.

* 2. *Temporis.* Latrones noctu, & in tenebris ex latebris grassantur. Vnde & fures à furuo, id nigro dictos putant, quòd occultè, & nocte furtiua & obscura, rem alienam capiant; vti & latrones latendo, quòd è latebris, & à latere, ex insidijs capiunt.

Qui enim malè agit odit lucem &c.

Latrunculæ verò istæ animorum, inter clarissimo iam die, & in oculis omnium, non in cornu aliquo altaris aut angulo, sed in templi medio, & quasi ex lapide, & ponte firmiore. inuadere audent ac petere; nullo rubigine, nulla frontis occultatione, imò cum ostentatione: faciei & vberum nudatione.

Item, *Vt iugulent homines, surgunt de nocte Latrones.* Horat.

At Latrunculæ istæ cordium, non surgunt in clarissima iam luce, nec ferè templa subeunt, perdaturæ, nisi sole altiùs iam prouecto. Aiunt enim

Quæ habent nocturna ora, noctu sacrificatim occupant,

Priùs quàm Venus expergiscatur. Plautus in Penulo.

* 3. *Immanitatis.* Latrones enim ferè, cum vnum tandem quempiam benè nummatum, intercepterant, cuius spolio, & laqueum redimere se suspendio liberare, ac reliqua deinde vita

in otio & liberaliter viuere possint, latrocinijs tūc valedicunt; nullique deinceps infidias struunt, armaque impia detestantur &c. Latrunculæ verò istæ pleræque, nec postquam idoneum coniugem iam acceperunt, & nuptæ sunt, reliquis parcunt, nec desistunt idcirco comi, ornari, armari, grassari, imò maritorum opibus adiutæ, luxum ac latrocinium ferè augent.

Hæc faciant vacuæ, quas non sibi vendicat vllus:

Si nescis, dominum res habet ista suum. Sic ferè

Quid. ep. Acontij ad Cydippen.

* 4. *Indiscretionis.* Latrones enim cæteri, quos volunt occidunt; quos capere, occidere nolunt, liberos abire sinunt, liberi in vtramque partem.

Latrunculæ autem istæ, sæpè quos volunt, aut quos ornatu suo venantur, non capiunt; & quos non venantur, casu capiunt; Hinc illa apud Plautum, in Pænulo Act. 1. *cum sedulo munditer nos habemus,*

Vix agrèq; amatorculos inuenimus:

vndè summa vtrimque miseria & crux, hinc incaute capti & amantis, sed nunquam amata fructuri, etsi quàm maxime cupiat; & latrunculæ quoque ipsius, quæ amari se doleat ab impari, à non dilecto, ac plerumque etiàm exoso: & se non cepisse quem volebat, & cui retia tetenderat.

Vt Quo minime credis gurgite, piscis erit; & capitur sæpe non quæsitus: sic contra, sæpe quæsitus non capiuntur: nec capti potuerunt capi. Virgil.

Aeneid.

* 5. *Causa.* Latrones enim plerumque extre-

ma necessitas, rerumq; penuria cogit latrocinia.
 At Latrunculas istas plerasque nulla (nam
 tos iustos habent; & sepè, quæ sic se ornant atque
 poliant, iam sat amatorum habent; & vel nuptæ
 sunt nubiles: vel cœlibes & innuptæ volunt
 manere) neque sic tamen venari reticulis capere
 suorum, latrocinari, rapere animos, ac necant
 sistunt, & dētibus illis acutissimis mordacissimis
 que micellarum suarum, & ornamentorum
 deuorare. *Non missura cutem, nisi plena cruore
 rundo.* Horat.

Lupæ sunt omninò. Nam vt lupi, cum
 ouis sit satis, imò cum neq; esuriat, tamen
 sinunt cum sunt in medio grege atque
 quot possunt, mactare. Sic istæ, etsi mariti
 mi habeant, vnoq; illo contentæ sint; mactant
 men hoc ornatu captant, & necant.

Lupæ, quæ ob solam voluptatem, stragula
 sanguine delectantur!

Proh! tyrannidem, & feritatem! Nocere
 tis, nullo suo bono, nulla necessitate!

Coguntur latrones, in syluis insidiari, & in
 quærere, quoniam in vrbibus & in foro non
 sint, vel licentiâ, vel imperitia. *Fodere non
 mendicare erubescit, &c.* Luc. 16.

At latrunculæ istæ in templo, huc & illuc
 non coguntur, cum eis liceat ornatis pro foris
 suis stare, in plateis deambulare, in forum ire
 statum, & spectari, Regionum harum & Patrum
 more.

Nam in Italia, fortè venabilius sit, si qua
 Templis ita insidiantur, latrocineantur: quod
 in

in foro, neq; in platea, neque pro foribus, neq; in officinis, neque in tonstrinis, neque in ipsis officinis, aut ad mercatorium pulpitum, vix que in fenestris ipsis liceat adparere, spectare, & spectari.

Inuendibili merce oportet vltro emtorem adducere. Plaut. in Pcenulo Act. 1.

Ah, latrones, latrones! latronibus quidem omnibus quamlibet syluestribus, irreligiosiores, immaniores, & nihilo, quam lupæ ipsæ, mitiores!

* 6. Modi. Latrones sicis, & occultatis pugionibus ferè appetunt.

Tormentario puluere neque sonoro, neque fumoso vti; sed & plumbum lætalem cæcè occultaque explodere, si possint, velint, ne prodantur.

At latrunculæ istæ nostræ, telis etiã ostentatis, nudatis, & maximè spectabili corporis parte collocatis, in collo, in capite, in facie, in auribus, in digitis, torquibus, mitellis acuminatis & turbina-
tis, stibio & cerussa, gemmis, inauribus, vnionibus, & annulis grassantur: eadem non gesturæ, nec ibi, nec alibi toto corpore collocaturæ, si sibi in tenebris versandum putarent, aut neminem se spectaturum.

Eadem ferè de adolescentibus & viris vt fœmina comptis, mea sit sententia.

Et ipsi latrunculi de Syria, captiuantes puellam, similibus locis, temporibus, artibus, causis, &c.

4. Reg. 5.

Ah, bone Iesu, Semel olim, in morte, tempore aduersissimo, & ad patienda multa destinato, inter duos latrones versatus es, è quibus tamen

tamen alter, latrociniorum valde pœnitens se totum reddidit ac dedidit, cum sua omnibus dare non posset: At nunc proh pudor! etiam tam viuens immortalem ac beatissimam, iam elapso dura patiendi tempore: ah! quoties! alter quam multos latrones versari, & quidem amicis, & domi tuæ, cogeris! neque tamen pudor! fere è tam multis vnus vel vna reperitur quæ latrocinia ista detestetur, conuertatur!

Non est vel vna ferè, quæ Christi sui reuerentia, arma illa sua vel omninò deponat, vel recondat in vaginam.

Interneccione videntur, omnes animas velle, tam Cleri, quàm populi.

Animulæ meæ! ah! quàm esset satius, vos virorum animos in templo capere ac rapere, adoratione habitus vestri sancti, modestiæ vestri pudoris, & ardoris in orando Deo &c. puellarum vicissim capi & rapi virorum modestia, ac religione in templo &c.

Quàm satius, puellam quam quæ secum ducere, quod olim Ethnica quædam, eaque materrix.

Bono ingenio me esse ornatam, quàm auro manuolo.

Aurum in fortuna inuenitur, in natura ingenium bonum.

Bonam ego, quàm beatam me esse nimio dici nolo.

... Pudorem gerere magis decet, quàm purpura iam:

Magisque... pudorem. quam aurum gerere con-
deret.

Pulcrum ornatum, turpes mores peius cœno colli-
nunt.

Lepidi mores turpem ornatum facile factis com-
probant. Plautus in Poenulo, Act. 1.

Idem viros quoque sibi succinere, Et: *Fine colli-*
modico forma virilis amat. Ouid,

Quam satius omnes ciliciolo, squallore, pulla
& atra veste Dei captare misericordiam, vt sole-
bant olim rei atrati Iudicum suorum clementiam,
& vt nunc quoque mendici panno si eleemosynas
vestras!

Certe olim Iuditha, rebus Betulix & Iudææ
sux afflicta, sic est oratorium ingressa, cilicio in-
duta, cinere conspersa, in terram prostrata. *Iu-*
dith. 9.

A Equis Volscisque Romæ obsidione relicta,
discedentibus, cum haud minor Romæ fieret morbo
strages, quam quant a ferro facta erat: inops Senatus
auxilij humani, ad Deos populum ac vota vertit. Iussit
cum coniugibus ac liberis supplicatum ire, pacemque
exposcere Deum. ad id quod sua quemque mala coge-
bant, auctoritate publica euocati, omnia delubra im-
plent. strata passim matres crinibus templa verrentes,
veniam irarum cœlestium, sinemque pesti exposcunt. In-
de paulatim seu pace Deum impetrata, seu grauiore
tempore anni iam circumacto, defuncta morbis corpora
salubriora esse cœpere. Liuius Decad. 1. li. 3.

Cum aliter facitis, an non creditis vobis diui-
nitus occini, Domi Milesia? ac remitti auxilio non
impetrato?

Luxu deposito, tandem *tunc tua me inform-*
ledent. Horat. in Arte.

Quæso, ita deinceps facite; in habitu sancto
dite in Templum, in conspectum Dei & C
aut saltem vultibus & capitibus obnuptis & t
more maiorum, caliendo aliquo, aut capite

Non nisi vaginati appareant gladij tam ac
tam facile lætiferi, quàm sunt sceminarum
tus.

Vritq; videndo

Fœmina, quod nullus gladius facit.

Alioqui, velim vobis ipsas Templorum
uas diuinitus sponte q; occludi, nec sinere
cultu ingredi, vt accidiisse olim ferunt Hebr, cu
pararet tandem Salomon in Templum sum iam
perfectū arcam Domini introducere, seu ob De
uidis patris cum Bethsabe peccatum, seu qu
alia causa *Vide Lyrantum nostrum, postilla in b. c.*
Paralip. in fine.

Vel, cultissimas quasq; immotas repente fi
nec Templum, nisi deposito meretricio suo
tu, ingredi posse, vt quondam & ipse Imp. He
clius in porta Ierosolymorum subsistere est co
mus, quamuis crucem Christi humeris reuehe
quod scilicet minus regiè esset ornatus. *Breu. 14.*
14. Sept. Vide, lege, pulcerrimus est locus, & huc ma-
mè faciens.

Vel, renasci eam Ostiariorum, & Ianitorum
id est, templi custodum veteris legis, & Eccle
primitiæ consuetudinem, qua solebant immu
dos ingressu templi prohibere, & inter bonos m
losq; habentes iudicium, dignos recipiebant, in
gnos respuebant. Vndè & eis, cum ordinant

claves Ecclesiæ dantur ab Episcopo. Et dicitur eis:
*Sic agite, tanquam rationem Deo reddituri, pro rebus
 quæ clauibus istis recluduntur.* Quod officium Domi-
 nus in sua persona suscepit, gessitq; cû flagello de
 funiculis facto vendentes & ementes eiecit de tẽ-
 plo, ait Magister sent. *lib. 4. dist. 24. §. c.*

Vide de Consecrat. dist. 23. c. Ostiarius.

Vel, renasci multos Episcopos & Archiepisco-
 pos, qualis D. Antoninus Florentinus fuit. Anto-
 ninus enim ille sceminas omnes impudico & me-
 retricio habitu vestitas, quasi dæmonum instru-
 menta ad perdendas animas, ex templis omnibus
 suæ Ciuitatis expulit. *Surius tom. 3.*

Vel, renasci consuetudinẽ illã aureã Hebræorũ
 qua viri mulieribus non miscebantur, cû Ieroso-
 lymos ad festa sacra celebranda proficiscerentur
 (qua re factum est, vt Matri Virgini suus paruulus
 Iesus aliquando triduum perierit, cui pro ætate v-
 trisque misceri lege adhuc licebat) ac sic Templa
 bipartiri, vt pars eorum mulieribus, pars viris as-
 signetur, velo per medium vtriusq; sexus ducto,
 aut saltem templa sceminis alia, viris alia edificari.

Certè D. Bernardinus noster cû semper stu-
 deret à populis, apud quos concionabatur, omnẽ
 impudiciæ occasionem amoliri, volebat atque
 impetrabat, vt separatim essent in templis viri à
 mulieribus, ducereturq; per medium templi velũ
 longum & latum, sic vt nec videri, nec videre in-
 uicem possẽt, studio quidem pudici tẽ imprimis,
 tũ vt attentius audiretur verbum Dei, qui mos
 hodieq; in multis Italiæ vrbibus obseruatur. *Fr.*
Marcus Vlyssipon. Ep. Portues. chr. Ord. Mi p. 3. l. 2 c. 12.

Vel;

Vel; vt olim nocturni Christianorum in
 plis Conuentus ad publicas preces, quas vig
 adhuc nominamus, nomine veterem ritum
 nuante, ab ipsa Ecclesia Catholica sunt in
 nia mutati, propter abusus, ac nescio quas fo
 venereas eorum praetextu irrupentes in Ec
 siam, nocturnis illis sacris iam ferè in Bacchi
 lia & Lupercalia degenerantibus: relicta vna
 riuitatis Christi vigilia; sic nunc, propter pra
 tiones illas spirituales, ferè penitus tolli diu
 virorum foeminarumque conuentus, & diem
 antemeridianas horas adscribi vni sexui, nocte
 verò aut pomeridianum tempus alteri adscri
 cas in templis preces, vt sublatis vtrimque
 & videri, vel pericula ipsa ex cultu & luxu nasci
 tia vitentur, dum cultæ & culti non videntur;
 ipsum cultus studiū omninò vtrimque tolli
 quod tunc haud dubiè fieret, cum nemo homo
 neque vir, neque mulier se sibi, aut suis oculis
 lat, sed spectatoribus.

*Non in melius, sed in deterius conuenitis, tam
 retriçio & lasciuo ornatu confluentes. 1. Cor.*

Vel; obseruari in Templorum ostijs, quo
 vrbium & arcium portis belli tempore, cur
 iam omnia tuta timentur; id est, vt quemad
 dum ijà quibus timetur, in portis exarmanur.
 quæ nimis cultæ ad templum venirent; in
 valuis, iudicio prudentis alicuius Iani Ceri & Sa
 cti cuiusque Ianitoris, ijs, quæ nimia, aut par
 sancta, essent, ornamentis, exuerentur, eadem in
 recepturæ in exitu; (credo) se pudore illo mu
 emendarent, sicque puriores Ecclesias & co

Christianorum videremus.

Vel; ut pridem creatus est quauis prouincia Latrunculator & Quæfitor latronum, agros & syluas infestantiū, sic Præfectus aliquis talis crearetur, qui egregiè exciperet eiusmodi latrunculas templorum infestatrices. Cūr enim *ex malis moribus* renascentibus, non renascantur veteres *bonæ leges*, aut nouæ sanciantur?

Vel; ritum sagittarijs vsitatum, quo dūm in hortis suis scopum singuli suo ordine iaculantur, altè clamatur, *hors* gallicè; vel Latinè *Apagete*, aut *cauete vobis*, ne quis scilicet fortè fortuna telo vulneretur; in templis quoque seruari, ut latrunculis illis Tempia intrantibus, à Ianitore sacro exclaimaretur *hors*, vel *apagete*, tam ut admonerentur omnes, vel oculos tum studiosissimè claudere; vel ad Deum precibus ardentioribus recurrere; vel mentem magis obfirmare & obdurare ad periculosas vanitates; quàm, ut toties notarentur, & commonerentur nimis cultæ illæ latrunculæ, periculorum ingentium, quæ creant animis spectatorum.

Vel inculcaretur illud Romanum, quod dicebam, *Hoc age*, principe circa auguria aut sacrificia occupato, quæ vox eos qui intererant, ad rem quæ agebatur, attentos reddebat, ut illud Catholicorum *sursum corda*. Plutar. tom. I. vit. in Numa.

Vel vetustissimum illud *Ex templo*, quod *citò & expeditè & ocyssimè* significat, quod cum olim Sacrifici Ethnici è templo exire iuberent populum circumstantem, ocyssimè omnes parerent atque exirent; velim hoc, inquam, proclamari, ut

hac voce latrunculæ istæ citò discedere è Ten
ac cœtu cæterorum fidelium iuberentur, si
illæ velut semi excommunicatæ habitæ, con
derentur, ruboreque suo emendarentur.

Hæc, aut his similia, &, si qua meliora pro
ab alijs possint, renasci aut recenter institui
odio latrociniorum istorum spiritualium; &
stragis animarum commiseratione.

Nàm optare, Dionysium aliquem Syracu
renasci, qui, cùm singulos malefactorum
cijs afficeret, his tamen præsertim ignoscebat,
vestium & lubricantium ornamentorum
essent, quo faciliùs Syracusani luxurijs
(vt habet Plutarch, apo. ad Traianũ) formis
non possim, ominari tamen aut timere
nisi ab his latrocinijs spiritualibus in domo
nis exercendis, vel ipsæ latrunculæ sponte
neant, deposito meretricio illo cultu, assu
que habitu sancto (vt loquitur D. Paulus)
quis Princeps Sacer aut profanus, zelum
Christi imitatus, aliquandò tandem compe
Christum Iesum ipsum nescio quæ noua flag
& nescio ex quibus funiculis facta, vrbi cui
Orbi suscitaturum, quæ vel nolentes huc co
& cultu omni meretricio exuant. quod
Deus auertat, & vos ipsi aliqua serua emenda
studete auertere.

An non satius ista relinquere, quàm relinq

An non satius, duci vos, quàm trahi?

Fata volentem ducunt, nolentem trahunt.
neca.

Sed relinquetis (spero) ista autore, & præ

re me. Nam subaudiebam ab aliquot annis, nonnullas, cum iterum me audissent aduersus similia similiter detonantem, aliquo modo luxum suum accidisse, & deminuisse; ac forsitan iam omnem sustulissent, si eandem incudem tondere omnes perstitissemus.

Palea & mica.

* 1. *Schola* (Mahumetanorum) sunt in ipsis templis, quo subire non potest vel Christianus, vel Iudaeus. Nicol. Clenard. lib. 7. epp. ep. 9.

Idem ibidem. Caterum die Veneris (Felæ) singulis hebdomadis peracta oratione, ad summum templum est librorum auctio. illuc conueniunt, quotquot empturiunt, aut vt sic dicam, vendituriunt.

Quotidie eram apud vos docens in templo.

D. Chrysof. homil. 36. in I. Cor. Ecclesia non disceptandi, sed discendi locus est.

* 2. De dissolutionibus in templo.

D. Chrysof. homil. 36. in I. Cor. Quondam psallebant in vnum omnes, facimus & nos: sed tum vna omnium mens, cor omnium vnum fuit: hodie ne vna quidem in mente concordiam vllam reperias, sed bellis vndiq; omnia feruent.

Pacem & nunc Episcopus velut paternam domum ingressus omnibus optat; sed Pacis eius nomen frequens quidem extat, res prorsus nulla.

Tum etiam domus Ecclesiae erat; nunc vero Ecclesia domus, imò domo qualibet prophana magis. Nam in domo quidem ordo seruari solet. Hera thronum occupat.

omnium venustate famulae tacite sedentes
familiarium quisque quod imperatum est, in
habet: hic vero magnus tumultus, magna confusio
hilque à caupona differunt nostra, tanta turba,
risus, quantus in balneis, quantus in foro, clamor
tumultuantibus omnibus.

... Non *Tonstrina*, aut *unguentaria Tabernaculi*
clisia est, aut *officina forensis*; sed locus Angelorum
cus *Archangelorum Regia Dei*, *Caelum ipsum*.

Idcirco & *Basilicam* vocamus.

* 3. De mulierum à viris separatione in
plo.

Cyrillus Ierosolymit. præfatione
feon. Viri cum viris, mulieres cum mulieribus.
enim opus est proponere exemplum arcae Noe, in qua
rat & vxor eius, & vxores filiorum eius, si quidem
arca erat vna & ostium clausum. Sed quid haec
ficabant? Si conclusa est Ecclesia, & vos omnes
hac tamen separantur, viri ut sint cum viris, mulieres
cum mulieribus, ne studium salutis sit perditionis
sio. Et si enim pulcrum sit institutum proximo
sed procul tamen sint affectiones.

Vel in scholis elementarijs bene instituta
(qualis quondam Magistri mei Iohannis Bosquæi magni fuit) pueris hic locus, puellis
cubiculum decernitur, & si cubiculis separatis
possunt classibus & sessionibus discernuntur
promiscui puellæ cum masculis.

Attamen quanta innocentia, differentia
huc positorum in ætate puerili, & iam virorum
nubilium aut nuptiarum.

Timetur sic ubi ferè non est timor? quàm

tur timendum, vbi omnia quoque tuta timenda sunt.

* 4. Cur Tempia Orientem spectent. Prisca Ecclesia hoc ab Apostolis acceptum religiosissime obseruauit, vt inter precandum Orientem intueretur.

Clemens in Constit. Apost. lib. 2. c. 61. Orig. in Num. hom. 5. Tertull. in Apolog. c. 16. (vbi etiã Christianos hoc nomine falso in simul tos ab Ethnicis ait, quasi Solem pro Deo haberent.) August. de serm. Dom. in monte lib. 2. & Athanas. quæst. 37 Vixque antiquus vllus auctor reperitur, qui non huius ritus mentionem faciat.

Iustinus in eo libro in quo de necessarijs quibusdam quæstionibus responsiones affert quæst. 118. huius rei causam exponens, sic ait: *Quia eorum que apud nos sunt meliora atque præstantiora, ad Dei honorem fecerimus, hominum autem opinione & sententia ea pars, in qua Sol oritur, ceteris create nature partibus præstantior est, Orientem, cum precamur, omnes intuenur.* Subiungitque in fine: *A quibus Ecclesia precandi morem accepit, ab ijs etiã, vbi precandum sit, accepit, i. à sanctis Apostolis.*

Balij tamen ratio magis placet, qui lib. de Spiritu sancto c. 27. id idcirco fieri ait, quia vetus patria requiratur, nimirum paradus ille, quem plantauit Deus in Edem ad Orientem. De hac re & peculiariter tractat Ioan. Damasc. lib. 4. de Orth. fide c. 13.

Leo Pap. ser 7. de Natiuit. quosdam reprehendit, qui luce inchoante de locis eminentioribus adorabant, perinde ac huiusmodi adorationis genus Deo gratius esset.